






1
6
114











VII.

Mancinelli

Rom. 1503. 1504.

nicolaus martelli scriptor apticus

ANT·MANCINELLI

Speculum de Moribus: & Officiis·

Vitæ Sylua·

Latini sermonis Emporium·

D. Alexandro Pharneso: oī uirtute Clarissimo: græcæ/ & latinæ linguæ eruditissimo Cardineiq́ȝ sacri Cœtus decori summo.

Doctrina/ ingenio/ summa pietate refulgens:
Ad tua uirtutum limina tendit opus.
Corrige: nam cunctis uirtutibus ipse refertus:
Quamprimum nosces: quicquid inest uitii.
Tu prudens: iustusq́ȝ simul: fortis: moderatus:
Optimus in nostro carmine censor eris.
Calliope Romana tuum: simul attica pectus
Incolit: inde meam censor adire potes.
Quod si contigerit: toto celebrabitur orbe:
Lurida nec morsu turba nocebit ei.
Carmen Alexandro pharneso mittitur: est is
Quod decus aonidum: Cardineiq́ȝ chori.
Ergo lubens: hilarisq́ȝ mihi dato quenq́ȝ fauorē:
Et tibi: quam mauis: tradat Iesus opem.

Vale/ & salue/ nostri memor.

Ant. Mancinellus
deuotus cliens.

¶ Ant. Mancinellus Veliternus ad Phæstũ filiũ.

Inspice uirtutis Speculum dulcissime fili:
Quo sapiens fias: quo probus ipse magis.
Dogmata percipies uitæ: normamq; loquendi:
Sanctus eris/ nostra cœperis ire uia.
Bina simul pergunt mea carmina: proptereaq;
Anterior dux est: posteriorq; comes.

¶ Speculum de moribus: & officiis: a quibus honeste uiuendi præcepta ducuntur.

¶ Prudentiæ Officia.


Quattuor e ducib9 nascet' qcqd honestũ | Honestum
Ab duce prudẽti: iusto: forti: moderato
Prudens uera uidet: iust9 sua cuiq; re- | Prudens
Robur iest aĩ forti: mod9 ordo/ modestis: (pẽdit
Quæ bona: quæ mala sint: prudẽs discernit apte. | Prudens
Qui sapiens nouit diuina/ humanaq; cuncta. | Sapiens
Cautio/ uel studium: ratio: intellectus adesse | Prudens
Prudenti debent & circũspectio cuiq;.
Iusti sit pietas: concordia: relligioq;: | Iustus
Est & amicitia: clæmentia læsio nulla.
Fortis: magnanimus: tolerans quæcũq; benigne: | Fortis
Magnificus: constans: metuẽs nil: turpia tantũ.
Temperat a/ uitiis: quicũq; est parcus: honestus: | Temperans
Quiq; uerecundus: qui castus: qui moderatus. | Modestus
Prudens est etiam iustus/ fortis moderatus: | Virtus oĩs

	Cui uirtus una est: debent reliquæ simul esse.
Prudens	Omnibus in rebus prudens exquirere debet:
	Quid uerum fuerit: Ratio quid poscat/ & usus.
Errare	Errare: & labi: nescire q3: decipier ue:
Nescire	Turpe malũq3 uiro: quicunq3 est: ducimus esse.
Prudentia	Præterita agnoscens poterit uentura uidere:
	Præteritum pręsens/ prudentia scitq3 futurum.
Dei timor	Principium sophiæ timor omnipotentis habetur:
	Ergo deum timeas: sapiens si quæris haberi.
Deum cole	Nate deum solum: qui mundum fecit: adora:
	Qui genus humanũ finxit,: q/ a morte redemit.
Dei oculus	Respicit omnipotens gressus animumq3 uirorũ:
	Ne credas illi quicquam potuisse latere.
Inuocatio	Siue cibum sumis: seu potum: dicis/ agisue:
	In domini laudem/ Paulus facienda reliquit.
Inuocatio	In paruis etiam rebus uir non modo magnis
	Ab ioue principium sumet/ dicẽs faciensue.
Inuocatio	Principio magni/ paruiq3 operis uocitandus
	Est deus omnipotens: felicius omnia cedent.
Inuocatio	Qui ualet ipse deus uotum mihi rite secundet
	Adsit item rebus lapsis: dic incipiendo.
Nosce te	Ingenium/ uiresq3 tuas cognosce/ priusq̃
ipsum	Incipias aliquid: turpe est desistere cœptis.
Doctrina	Doctrinam citius q̃ aurum tibi delige fili:
Sapientia	Est cunctis opibus melior sapientia rerum
Audire	Si sapiens audit: longe sapientior extat:
Stulti	Doctrinam stulti contemnunt uelle doceri.
p̄dicatores	Cœli præcones auditum perge libenter:
Auditus	Traditur auditus cuicunq3: ut discat agenda.

Scripturæ ſtudium debes impendere ſacræ:	Scriptura
Illa fidem munit: ſtolidi fiunt ſapientes.	ſacra
Doctrinam fili debes audire parentum:	Patri obedi
Deſpiciens illos omni uirtute carebis.	endum
Lætificat patrem ſapiens: contriſtat ineptus:	Filius
Gloria magna patris ſapiens: infamia demens.	
Eſt pretioſa magis rebus ſapientia cunctis:	Sapientia
Gloria uera datur ſapientibus: haud locupleti.	Gloria
Qui natos generant: laudandi: quiqꝫ parentes.	Patres
Qui tamen erudiunt etiam/ magis uſqꝫ ꝓbandi.	
Si tibi ſit natus: doctori trade perito:	Filius
Perdocet indoctus: quæ dedoceantur oportet.	Magiſter
Hære illi: ualeat qui reddere te meliorem:	Cõuerſatio
Admittes: quem tu meliorem reddere poſſis.	Recipiendi
Contubernalis fieri conare magiſtro:	Contuber-
Inde modeſtus eris/ ſtudioſior/ atqꝫ peritus.	nalis
Diſcere fili artem nullam potes abſqꝫ magiſtro:	Diſcere
Ad præceptorem feſtino currito greſſu.	Magiſter
Doctorem ueluti ſanctum uenerare parentem:	Magiſtrũ
Laudato ſemper: probris offendito nunq̃.	honora
Diſcere lecta uelis: animoqꝫ inſcribere cuncta:	Diſcẽdũ eſt
Ne libro amiſſo te antiſthenes arguat alter.	
Inter conſocios lætus: placiduſqꝫ moreris:	Diſcipulus
Et fuſte/ & lingua reprehenſus: parce furori.	Rep̃henſus
Doctior euades alios tu rite docendo:	Docere
Attente pueros coges audire legenda.	Attentio
Virtutis præcepta decet ſeruare magiſtrum:	Magiſter
Ni ſanum caput eſt: uitiantur cætera membra.	Caput
Qui minime ueniunt auditum tempore certo:	Auditores

	Haud ultra expectes:uelocius inde redibunt.
Ludere	Ludendi ſpatium puero concede modeſto:
Oblectatio	Fortior ad ſtudium mens oblectata redibit:
Studium	Vt tibi donetur prudentia nocte/dieqꝫ
	Deſidiam uites:ſtudioqꝫ impende laborem.
Doctrina	Dulcis doctrinæ fructus:Radicula amara eſt.
Medicina	Vt ualeat:quis non ſuccos potabit amaros?
Doctrina	Eſt ornamentum rebus doctrina ſecundis:
	Rebus in aduerſis doctrina eſt portus & aura.
Ars	Diſcitur ars ideo:quo quiſqꝫ exerceat illam
	Auxilio uitæ:ſeu laudi:lætitięue.
Ars	Illa:quam norit ſe quiſqꝫ exerceat:arte:
Vſus	Vſus enim egregius rerum præceptor habetur.
Sapiens	Cor ſapiens quærit doctrinam:paſcitur amens
Vulgus	Erroris nebula:tum cæco pectore uulgus.
Doctus	Philoſophus ſimilem uiuo canit eſſe peritum:
Indoctus	Defuncto ſimilis:quicūqꝫ indoctus:habetur.
Doctrina	Doctrina fiunt homines clari/& ſapientes:
	Doctrina mores purgantur:ſermo niteſcit.
Doctrina	Aſpectus ueluti deducit ab aere lumen:
	A diſciplinis animo lux uenerit ampla.
Doctrina	Quippe ego doctrina malim cunctos ſuperare
Alexander	Dixit Ariſtoteli macedo q̄ rebus opimis.
	Quiſqꝫ ſua cunctis doctrina noſcitur apte:
Inſani ſigna	Indicat inſanum ſermo/iracundia/uultus.
Rector	Corruet is populus:rector cui ſtultus habetur:
Reſpublica	Conſilio multo regitur reſpublica rite.
Vulgus	Conſilium uulgo/ratio/diſcrimina rerum
Studium	Deſunt:euades ſtudio conſultus/& arte.

Omnia conſilio ſapientia ducit agentes: Conſilium
Conſule: qui ſapiunt: cunctis in rebus agendis.
Plurima iudicio facienda / & non facienda Iudicium
Alterius tibi ſunt: ſapientes conſule ſemper. Alterius
Cum ſapiente meãs ſapiens euadet: amicus Cõuerſatio
Stultorum / ſimilis fiet: ſapientibus hære.
Blandimenta caue fallacia: ne capiaris: Blãdimẽta
Fallit adulator retinens ſub melle uenenum. Adulator
Coruis innumeris q̃ blando occurrere mallem: Blandus
Deuorat hic uiuos: proiecta cadauera corui.
Debenti nummos cuiq̃ ſuccedere noli: Fideiuſſor
Sæpe ſolent uades inopem deducere uitam.
Arma nihil proſunt ſine conſilio ſapientum: Arma
Ne fidas igitur magnæ / ſtulteq; cateruæ:
Conſilio recto pauci plures ſuperabunt: Conſilium
Qui ruit in pugnam temere / calcabitur hoſti: Pugna
Prælia non ſubeas: niſi quum uictoria tecum eſt. Pugna
Aut quũ non poteris pugnam uitare coactus.
Culto agro nihil eſſe poteſt ornatius atq; agricultura
Huberius: tibi cura tui non deſit agelli.
Quippe Senatores olim ſua rura colebant: agricultura
Hinc cincinnatus dictator factus arando eſt. Cincinatus
Fruſtra aliqd faciens / nulla emolumenta ſequẽdo Faciens
Is uel ineptus erit: uel nulla negocia habebit.
Hi faciunt aliquid: quorum ſit prompta uolũtas: Faciens
Vel quibus ars fuerit faciendi: diſce / ueliſq;. Ars
Si facis inuitus: leuior res / aſpera fiet: Faciens
Res dura apparet mollis: ſi ſponte labores. Voluntas
Si laudare uoles aliquem: prius inſpice: qualem Laudare

Cõmendes: tribuat ne mox tibi dedecus ille.

Secreta Pectoris ipse tui cuinam secreta reueles
Inspice: sicq; prior taceas: alter reticebit.

Secreta Secretum: quodcunq; tibi cõmittitur ulli:
Cælato semper: licet irascaris in illum.

Ascendens Ad summum nitens ascendere: conspice/ ne tu
Sũma petẽs Cum ramis recidas: quos iam cõprenderis alte.

Iter Solus iter facito nunq̃: securior ibis:
Sunt grassatores: sunt mille pericula casus.

Quattuor Quattuor haud unq̃ satiantur: cautior esto:
non satiant̃ Infernus: uulua: & tellus. uulcania flamma:

Quattuor Quattuor usq; latẽt: colubri uia marmore ducta
latentia Aethere lapsus auis: mare puppis: iter puerorꝝ.

Meretrix Fraudi ne credas muliebri: q; meretricis
Mellea lingua tenet sub dentibus atra uenena.

Meretrix Infamis fuerit scortum qui nutrit: inopsq;:

Pudicitia Magna pudicitiæ laus est: ne spreueris illam.

Mulier Aedificat sapiens mulier: quod destruit amens:
Insani capitis mulierem legimus esse.

Vxor Vxoris proprium pudor est: probitasq;: fidesq;

Forma Forma breui durat/ spatio carpente decorem.

Aeger Quamprimũ morbis adhibẽda est cura medẽdi:
Mora Nam mora sæpe nocet: crescẽte malo/ perit ęger.

Aeger Nil ægrum reficit mage q̃ præsentia amici:
Amicus Re simul & uerbis æger foueatur amicus:

Aer Aera uitabis crassum: purum/ tenuemq;
Delige: acutus eris multo plus: sanior atq;.

Cibus Victus item crassus tollet tibi mentis acumen:
Ergo uelis tenui/ facili quoq; uescier æsca.

Ante oculos iacitur ne quicq̄ ræte uolantum: Ræte
Frustra igitur tentas sapientem ludere uelle. Fallere
Perfidus haud ullis meritis placabitur unq̄: Perfidus
Amittes igitur quicquid donaueris illi. Dona
Quæ sunt ad uictum: debes multo ante parare Cibaria
Quam tibi defuerint: cōstabunt q̄ppe minoris.
Tela tibi: clypei: galeæ: thoraces ementur Arma
Ancipiti clauso melius/ q̄ marte furenti.
Paret apes ultro regi: comitatur euntem: Apes
Tu refugis parere tuo: te dignior illa. Rex
Scriptor erit nemo tam circū́spectus: ut idem Scriptor
Non labet interdū́: qn̄q₃ hinc dormit homerus.

¶ Iustitiæ officia.

Iustitię munus fuerit: nō lędere quenq̄. Iustitia
Vnicuiq₃ suum ius reddere: iustitię sit.
Iustitiæ/ splēdor uirtutis maxī9 hæret Iustitia
Inde bonus fertur: qui iustus: quiq₃ benignus.
Iustitiæ radix/ fundamentumq₃/ sit illud: Iustitia
Ne facias ulli: quæ tu tolerare nequires.
Si quis inauditis ambabus partibus/ ullum Iudicare
Iudicium profert: iustum licet: extat iniquus.
Te uerum/ & pietas/ oro ne deserat unq̄: Pietas
Omnibus ut placeas: a te scelus omne fugato. Bonitas
Mentiri solito. uerum non creditur: ulli: Mentiri
Qui cupit amplecti: uitet mendacia uana: Mendacia
Quod uerum/ simplex/ sincerum: conuenit ample Veritas
Naturæ humanæ: sis uerus: sis quoq₃ simplex. Simplicitas

Pietas	Ipsa locum pietas ullum non posset habere:
	Ni scelus acciderit: nisi quis peccauerit ante.
Vitium	Cuiq; homini uitium certum natura reseruat:
	Hic iracundus: tu mendax: ille superbus.
Misericors	Pauperis ille deum quisquis miseretur: honorat.
Pius	Esto pius miseris: tibi quo pia numina fiant.
Impius	Impius est odio mortalibus: atq; supernis:
Pius	Vt placeas terræ/ & cœlo: pius esse memento.
Iustus	Iusti animam dominus nutrit: lætabitur illa:
	Iustus eris: saturet quo te deus: ac tua seruet.
Impietas	Impietatis enim thesaurus lædet habentem:
Iustitia	Iustitiæ uero thesaurus morte tuetur.
Honestus	Qui fuerit simplex: fuerit qui cultor honesti:
Iniquus	Ille colet terram: terra pelletur iniquus.
Pius	Qui domino seruit/ lætabitur: impius omnis
Impius	Tartara sæua p̄tens regno priuatur olympi.
Confessio	Crimina qui cælant: renuentes illa fateri:
	Ima petent miseri: cælestia regna fatentes.
Impius	Impius haud dormit: nisi cum malefecerit ulli:
Aduersa	At patietur idem: peioraq; forte subibit.
Peccator	Si pius in terra recipit: peccator iniquus
	Quo magis accipiet: quanto maiora meretur?
Pœnitet	Dicere non satis est: culpæ me pœnitet omnis:
Pœna	Pœna opus ē aliqua: ne tu/ reliquiue/ recurras.
Fur	In cruce fur pendet/ spectanti exempla daturus:
Furtum	Ne furtum facias: scelus id nam turpius omni.
Fur	Qui bona cuiusq; furto sub traxerit/ aut ui
	Supplicia expendet: nisi restituant ad unguem.
Succurrere	Qui prodesse potest: succurrere qui perituro:

Occidit/ ſi non ſuccurrerit: eſtqꝫ homicida.
Denegat auxilium miſero quicunqꝫ petenti: Auxilium
Quæret idem fruſtra: meminerunt omnia cœli. Impius
Nemo fidem fallens/ maius ſcelus edere poſſet: Fides
Sancta fides igitur tibi ſit: promiſſio ſancta:
Fidus homo cunctis gratiſſimus eſt/ & amicus. Fidus
Infidus cuiqꝫ eſt odio: cuiqꝫ eſt inimicus Infidus
Dictorum/ pactiqꝫ fides conſtantia fertur: Fides quid
Promittens aliquid totum conſtanter adimple. Promiſſum
Depoſitum quodcunqꝫ tenes: ſeruetur amice: Depoſitum
Turpe magis nihil eſt homini: q̃ fallere amicũ. Fallere
Depoſitum quandoqꝫ fuit non reddere iuſtum: Depoſitum
Depoſitum minime reddendũ homini furioſo.
Promiſſum ſeruare (decet non ſemper) amico: Promiſſum
Si tibi promiſſum noceat plus q̃ iuuet illum.
Promittens aliquid formidine/ fraudeue captus Promiſſum
Iura quidẽ/ legeſqꝫ negant: tenearis ad illud.
Oblatum ſuperis ſine cuncta reddito uotum: Votum
Diſplicet æterno regi promiſſio uana.
Non nobis ſolum nati ſumus: ergo fauere Nati quibꝰ
Debemus patriæ: uel amicis: uel cuicunqꝫ.
Omnia: quæ terræ gignunt: homini generantur: Bona quibꝰ
Aſt hoĩes/ hominũ cauſa: ut foueantur utrinqꝫ. Hoĩes cur
Dicitur iniuſtus/ cupiens offendere quenq̃: Iniuſtus
Dicitur iniuſtus/ ſpernens defendere preſſos.
Differt conſulto/ ſubitoue iniuria fiat: Iniuria
Eſt leuior ſubito motu quæ iniuria fertur.
Quod ſemel exactum eſt: iterũ non exigat ullus: Exigere
Non decet alterius iactura cogere nummos. Nummi

Emptio	Contra iura nihil merceris: nam male parta
Male parta	Labuntur facili cliuo: & quasi cæra liquescunt.
Ancillæ	Ancillæ seruisq; tuis da quicquid oportet:
Serui	Viuito cum seruis clæmenter: uiue benigne.
Serui	Serui sunt homines: & eodem semine: quo tu:
	Contubernales sunt serui: humiles & amici.
Dona	Plurima des illi: qui te dilexerit ample:
Fauor	Ignotoq; etiam faueas uirtute referto.
	Infami non detur honor: non ulla potestas:
Honor	Præmia uirtuti solum debentur honoris.
Fauor	Præcipue debes illi præstare fauorem:
	Qui magis indigeat: cui desint cōmoda uitæ.
Amare	Dilige præcipue patriam: post deinde parentes:
	Hinc natos: totamq; domũ: clarosq; ꝓpinquos.
Amare	Dilige quoscunq;/ ut fratres: nulliq; nocebis:
Pax	Pacis amans quocunq; uelit/ securus adibit.
Pondus	Displicet usq; deo: quodcunq; est pondus iniquũ:
Deo serui	Omnibus in rebus domino seruire memento:
Præstare	Cum subito ualeas aliquid præstare petenti:
	Ne dicas illi. uade: atq; reuertere: cras do.
Triticum	Cælanti triticum domino maledicitur: illis
	At benedicetur: qui uendunt: quiq; pii sunt.
Amicus	Cum tibi confidat: mala nulla parabis amico:
Detrahere	Detrahe nec dictis: nec factis illius unq̃.
Amicus	Cordis eget/ mentisq; bonæ: qui spernit amicum:
	Diues erit: multos quicunq; est nactus amicos.
Amici	Prospera dumtaxat falsi sectantur amici:
ficti	Diffugiunt hyemem: tu cōstans dilige semper.
Amicus qd	Alter amicus ego est: anima una in corpore bino

Ad plenum felix: uerum qui nactus amicum.
Munera delectant homines: & numina diuum: Munera
Munere magnanimi sæpe acquiruntur amici:
Plurima quo teneas: impendere parua memento: Munera
Maxima sæpe tibi referent munuscula parua.
Dilige uicinos: poterunt hi semper adesse: Vicini
Congregat una homines alterni causa fauoris. Ciuitas
Vicinus melior iuxta te/fratre remoto: Vicinus
Omnibus in rebus uicino cuiq; fauendum.
Iniuste cupias nullum accusare: solebat Accusare
Non iure accusans persis punirier ample. persę
Alterius mauult reprehendi crimina quisq; Rephẽdere
Quã sua: uelandũ quodcunq; est crimen amici: Crimina
Alterius cupiens prauos reprehendere mores: Reprẽdere
Is uitio debet quocunq; carere nefando.
Qui cupit alterius uitium reprehendere: tangat Reprẽdere
Ante suum pectus: post hæc consideret illud.
Gratia/uirtutum cunctarum maxima fertur: Gratia
Inde nihil malis/q̃ te gratum esse uideri.
Tum re/tumq; animo debes gratissimus esse: Gratus
Hac re dignus eris prompto cuiusq; fauore.
Gratia plus multo reddat/q̃ sumpseris ipse: Gratia
Pinguis ager ueluti referas tu plura benignus.
Assiduo pueros peccantes uerbere cæde: Peccantes
Corrige: nam prauos nimia indulgẽtia reddit. Verbera
Praua bono/iustoq; uiro/potuere placere Castigatio
Nunq̃: discipulos hac re/natosq; coherceт.
Dilecti nati tundendum est corpus acerbe: Filius uer-
Ad mala nutritur: nimio/cui parcis amore. beretur

Filius cæda tur — Erudit inſtanter natum: qui diligit: at qui
Illum odit: uirgæ parcit/ quæcunqꝫ ferendo.

Diſcipulus indocilis — Sponte puer nolens ſtudiis impendere curam:
Scire minis/ ferulaqꝫ pia/ cogendus acerbis.

Diſcipuli uerbera — Sæpius indociles/ tardoſqꝫ/ monere memento:
Impetus/ atqꝫ minæ pueris/ & uerbera proſunt.

Parturiens — Si peperit coniunx: tunc illa ſit integra mater:

Hubera — Impfecta quidẽ mater/ nulla hubera præbens.
Nutriit illa prius/ quod non cernebat in aluo:
Iam noſcens hominem uiuentẽ/ pellit ab ulnis.

Hubera — Hubera mammarum tribuit natura puellis
Natorum cauſa: non formæ ſiue decoris.

Semen — Ceu ſimilem format membris/ animoqꝫ parẽtum
Semen: ſic etiam lactis natura figurat:

Lac — Haud homini tantũ: pecudi ſimul euenit iſtud:
Alterius quoties nutritur lacte animantis.

Lac — Lac ouium potante hædo/ capræ ſimul agno
Lanitium tenerum uenit illi: durius agno.

Lac — Ingenium altricis quapropter/ uis quoqꝫ lactis
Partem etiã magnam retinent in moribus ipſis.

Nutrix — Pallida erat nutrix ſyluani: pallida nati
Membra ſui: credas igitur quæcunqꝫ notaui.

¶ Fortitudinis/ Magnanimitatiſqꝫ officia.

Fortitudo — FOrtitudo uiri ꝓpria ẽ/ & maxĩa uirtus
Eſt aũt mortis contemptio ſiue doloris.

Fortitudo — Cui fortitudo nõ eſt: uir fœmina habet:

Virtus — Virtuti nomen uir dat: nam fertur ab ipſo.

Fortitudo quidem proprie uirtus uocitatur: Fortitudo.
Nã reliquas superat: spernens mortalia cũcta.
Inferiora putat se cuncta humana uir ipse Magnaĩus
Magnanimus/fortisqꝫ simul: nã despicit illa. Fortis
Magnanimos/fortisqꝫ uiros/Plato dixit haberi Magnaĩ
Veros/atqꝫ bonos/& simplicitatis amicos. boni
Magnanimi non sunt/fallaces siue nocentes: Magnaĩ fallaces
Sed ueri/atqꝫ boni/misero cuicunqꝫ fauentes.
Magnus qppe animus nil optat: præter honestũ. Magnaĩus
Succũbit nulli fortunæ: humanaqꝫ temnit.
Ardua magnanimus/fortisqꝫ: & plena laborum Magnaĩus fortis
Aggreditur/studio uitæ: patriæqꝫ tuendæ.
Splendidius nihil est illo: quod fiet ab ũllo Magnaĩus
Magno animo/elatoqꝫ: humanaue despicienti.
Ignauis ideo fertur: uirgo illa uirilem Ignauus
Vos autem iuuenes animũ geritis muliebrem.
Opprimit ingenium pudor: ast audacia firmat: Pudor
Omnibus in rebus melior quicunqꝫ sit audens. Audacia
Fortiter incipias: audacia murus habetur: Audacia
Qui fuerit timidus: faciet laudabile nunq̃. Timidus
Ignauos fortuna premit: tolluntur in altum Ignauus
Magnanimi/fortesqꝫ uiri: subeundo labores. fortis
Fortis: non timidus: non audax esto: sed audens: Timidu9
Forti est utendum ratione in rebus agendis. Audens
Irasci noli domino reprehensus: amatur Reprensus
Ab domino quicunqꝫ suo: reprenditur idem.
Qui patiens fuerit: se se ratione gubernat: Patiens
Insipiens nulla poterit ratione teneri. Insipiens
Noli uindictam; sæpe obfuit ultio facta: Vindicta

	Magnanimus parcit: uindicta fœmina gaudet.
Inuidia	Qui damno alterius lætatur: ſentiet ipſe:
Damnum	Iactura ſocii doleas: lætere ſecundis.
Honor	Qui tuus eſt: aliis nunq̄ donabis honorem:
Deſpiciẽs ſe	Deſpiciens ſe ſe nunq̄ uenerabitur ulli.
Formicæ	Formicæ nullo didicerunt grana magiſtro
Piger	Ferre domũ: piger eſt quicunqꝫ: fame capietur.
Operans	Vult piger: & nõ uult/ operans pingueſcit opime
Piger	Qui piger eſt: triſti macie tenuabitur ille:
Piger	Qui piger extimuit frigus: nec arauit ob illud
	Aeſtate eſuriens fruſtra rogitabit amicos.
Iacens	Alto ſole iacens / uitam conſumit inertem:
Lectus	Fiet inops: tu ſurge prius q̄ uenerit æthon.
Surgens	Qui citius ſurgunt: agiles & dexteriores
	Euadunt: laudemqꝫ parant/ & cõmoda uitæ.
Piger in	Oſtia ceu proprio uertuntur cardine: deſes
lecto	Haud aliter molli uerti ſolet ipſe grabato.
Mora	Quæ facienda tibi (mora læſerit) expediantur:
Seruanda	Quod cœnes/ ſerua: nõ qđ tamen inſtat agendũ.
Fortuna	Nec tu fortunæ nimium confide ſecundæ:
Spes	Præteritis meliora malis ſperare memento.
Patientia	Cum tuleris grauiora malis præſentibus: iſtæc
Spes	Fortiter excipias: donabitur his quoqꝫ finis.
Circulus	Eſt humanarum rerum: qui uoluitur uſqꝫ:
Viciſſitudo	Circulus: inde diu nemo eſt miſer/ atqꝫ beatus.
Sors	Nullaqꝫ ſors homini lõga ẽ: dolor atqꝫ uoluptas
Alterna	Alternis cedunt: breuior tamen ipſa uoluptas.
Alta	Altius euexit quo te fortuna: ruinam
Ruina	Maiorem timeas: nulli eſt fortuna fidelis.

IX

Diuitiis fidens/is corruet:& sapienti	Diuitiæ
Seruiet insanus diues:licet ille sit irus.	Diues
Tempore cui longo uita est:aduersa subire	Vita longa
Cogitur:hinc breuior uita est iucundior illa.	
Mors male uiuenti grauis est:iusto cuicunq;	Mors
Principium uitæ felicis:meta laborum.	
Mortuus ad uitam nunq̃ reuocabitur ullus:	Mortuus
Quid ꝓsunt lachrymæ/gemitꝰ/suspiria luctus?	
Omnia tempus habent:cedũt sibi cũcta uicissim:	Tempus
Nascendi tempus:moriendi tempus habetur.	Mors
Doctus & indoctus moritur discrimine/nullo:	Mors cōis
Impius atq; pius morti debentur eidem.	
Est nihil æternum:cunctis mors iminet atra:	Mors
Sola quidem uirtus:gestorum gloria uiuet	Virtus
Iunior exerce ingenium:ne sperne laborem:	Labor
Iunior acquiras:quibus indiget ægra senectus.	Diuitiæ
Quilibet exercens sese ipsum rebus honestis:	Exercitatio
Obliuiscetur totius nempe laboris.	
Quicunq; exercet uanis se/& turpibus:illi	Exercitatio
Deficit oblectamentum:lassusq; resistit.	Labor
Tædia non refugit cupiens uirtutis honorem:	Studium
Qui studium/curamq; fugit:spernetur ubiq;.	Piger
Prospera cuncta uiro uigilanti/& recta sequenti	Vigilans
Succendunt:uigila:tibi consule recta sequaris:	Honestus
Errauit quicunq; semel:malus usq; putatur:	Errans
Esto bonus semper:semper reputaberis idem.	Bonus
In cælo bona sunt:quæcũq; mala hic reputantur:	Aduersa
Scribitur euripidi talis sententia græco.	Amara
Cuncta quidem toleranda tibi patienter amara:	Patientia

Patiens	Constituit dominus patienti præmia cœli.
Aetas uaria	Qui mala præsenti tolerant, aduersaqꝫ sæclo
Puer	Mercedem capient cœlestia regna laborum.
Adolescens	Viginti puer ipse annos: totidemqꝫ adolescens:
Iuuenis	Tot iuuenis: totidēqꝫ senex (famꝰ dat) habebit.
Senex	Est similis ueri puer: æstatiqꝫ adolescens:
Aetates	Autūno, atqꝫ hyemi similes, iuuenisqꝫ, senexqꝫ.
Honestum	Qualibet officium serues ætate decorum:
Operatio	Actio uirtutis nullo tibi tempore desit.
Labor	Semper agas aliquid: sudore, laboreqꝫ multo
Studium	Acquiruntur opes: studio doctrina, decusqꝫ.
Dies	Nulla dies tibi segnis, cat: longeqꝫ pigebit
Labor	More Catonis: ubi lux pigro fulsit inanis:
Catonis	Pœnituit naui: pedibus quo pergeret: isse:
Pœnitentia	Amisisse diem: mulieri absconsa tulisse.
Sapientia	Est cum diuitiis longe sapientia quæqꝫ
Diuitiæ	Vtilior: periander inops spernetur ubiqꝫ:
Munera	Diuitis obsequio, uel munere, non mouearis:
Iudices	Iudicis occæcant oculos munuscula sæpe.
Vtile	Vtile non dicas: quod turpe est, siue inhonestum:
Spolia	Ditari spoliis alienis: utile non est:
Gloria	Gloria dat uires: poteris hac alta, tenere:
Humilis	Ima petens, nusq̄ laudemqꝫ decusqꝫ meretur.
Currens	In stadio currens, eniti uincere debet:
Supplātare	Supplantare aliquem, uel trudere: nō licet ulli.
Robustus	Viribus ipse tuis imbellem despice nunq̄:
Leo	Ipse auium quādoqꝫ Leo cibus est minimarum.
Firma	Tam firmum nihil est: cui non aliquando noceri
Araneus	Possit ab inualido: perimit uel araneus anguē.

X

Nec timeas ullum clamore/minisq; furentem.	Clamores
Omne timēs latrat uehemētius: haud ferit unq̄:	Timens
Fortius est omni muro conuictus amantum	Fratres
Se fratrum: conuiue tuis cum fratribus usq;:	
Stupea: quæ triplici nectuntur uincula filo	Triplicia
Difficile est rūpi: tres/uel duo/sunt mage fortes.	Dupla
Esse tuum credas: frater quod possidet omne:	Frater
Dilige: nam frater ferme alter dicitur esse.	
Bellum suscipias quærendæ pacis amore:	Bellum
Magnanimus terret: timidus spernet ab hoste.	Timidus
Absq; ulla causa nunq̄ te oppone periclo:	Periclum
Est in tranquillo dementis poscere fluctus.	Tempestas
Aggrediens aliquid faciendum/cōsule honestum	Cōsilium
An sit: deinde uide faciendi sit ne facultas.	Facultas
Nil tu cōmittas: quandoq; ut dicere possis:	Cōmittēda
Hoc mihi non unq̄ contingere posse putaram.	Cautio
Prælia cautus ini: quotiens pugnare necesse:	Pugna
Non nisi prudenter subeunda pericula uitæ:	Pericula
Promptior ad pugnas animū pro laude parabis	Pugna
Quam pro diuitiis quærendis/siue tuendis.	Laus
Pro patria uitam/non solum funde reposta:	Patria
Commoda nec patriæ taceas formidine pressus:	
Si patriæ rector fueris: defendito ciues	Rector
Iure omnis æquo: tollentur seditiones:	Iustitia
Pax erit in populo: quoties est omnibus æqua	Pax
Iustitia: ergo lucrum fugies/dū iura ministras.	Lucrum
In patriæ cura/clæmens sis/atq; seuerus:	Rector
Mansuetis clæmens: uerū grauis esto nefandis.	
Dedecet ira/furor: populi qui iura gubernat	Rector

Clæmentia	Præclaroqꝫ uiro clæmentia cædit honori.
Punitio	Qui pariter peccant: pariter punire memento:
Pœna	Nec statuas ulli maiorem crimine pœnam.
Ira	Ira procul cedat: si quem punire parabis:
Iratus	Iustitiam nequit iratus seruare, modumqꝫ.
Rectores	Sint legum similes: qui publica munera curant:
Lex	Lex uenit ad pœnam clæmenter, non furiose:
Furor	Non te præcipitet furor ullus: mente quieta
Placidus	Cuncta geras: placido uita est felicior omni.
Princeps	Principe constanti uulgus lætabitur omne:
Rector	Iniusto rectore uiri, matresqꝫ dolebunt.
Imperium	Inuisum imperium longo non tempore durat:
Regnum	Non aurum, sed amicus erit custodia regni.

¶ Temperantiæ, Modestiæqꝫ Officia.

Ordo	Ordo, modusqꝫ sit rex: pudor ipse decorqꝫ
Sedatio	Turbatiqꝫ animi sedatio, te comitētur.
Ordo	In dictis tactisqꝫ tuis seruabitur ordo:
Ordo	Ordine peruerso nulla actio rite paratur:
Incipiens	Incipiens aliquid, finem consideret ante:
Finis	Decidit in laqueos: qui cæco pectore fertur.
Discere	Mens hominis discendo alitur: meditansqꝫ reqrit
Meditari	Quod decet in uita: tecum mediteris agenda.
Cogitanda	Mens, animusqꝫ tuus nil quicꝗ̄ præter honestum
	Cogitet: effugies hoc pacto dedecus omne.
Petenda	Id solum petito: quod nulli iure negares.
Concedēda	Quod tibi concedi malles: concede roganti.
Natura	Nil facies unꝗ̄, dicesue obstante minerua:

Hoc est/nil facito: quoties natura repugnat. Facienda
Quisq; suum ingenium noscat: sua robora quisq;: Nosce te
Sic modus in rebus seruabitur ille decorus. ipsum
Sermo tuus lepidus/comis/iucundus/honestus Sermo
Non asper/non durus erit: non turpia narret.
Moribus ille tuis/plusq̃ sermone iuuetur: Mores
Qui tecum ueniet quocunq;: siue moratur. Socius
In multiloquio peccatur sæpius: inde Multiloqũ
Pauca loqui debes: potiusq; audire loquentem. Tacere
Quisq; tacere nequit stultus: sapiensq; putatur Loquax
Quũ tacet: ergo uelis sapiens nõ stultus haberi.
Pauca loqui prudens: audireq; plurima debet: Os unum
Os unum/binasq; aures/iccirco tenemus. Aures duæ
Suscitat ingentem prædurus sermo furorem: Sermo
Terribilemq; iram frangit responsio mollis. Responsio
Quolibet in uerbo/ac actu/mens esto quieta. Quies
Ira procul tendat/furor/impatientia: pax sit. Ira
Iratus poterit laudabile nil operari: Iratus
Ira animum turbans occæcat lumina mentis. Ira
Intempestiuus/uel ineptus/& immoderatus Risus
Damnatur risus: decuit grauis/atq; modestus.
Ex facili uictus tibi sit: prætiosa relinque: Cibus
Quęre fame gustum: conditos temne sapores: Gustus
Darius fugiens/sicco pulmone cruentam Darius
Hausit aquã: potus sibi dulcior haud fuit unq̃.
Quale lucrum fuerit: talis tibi cœna paretur. Cœna
Ne plus impendas/patitur q̃ parua supellex. Impensa
Conualet ægrotus tenui solummodo uictu: Aeger
Sanus eris semper/tenui si uesceris æsca. Sanitas

Cibus	Nil animum/corpusq; uiri sic obruit unq̄
Venter	Vt plenus uenter/ructus/sonitūq;/remittens.
Saturitas	Te nunq̄ satures: uictumq; absume labore:
Parcitas	Sic etenim fies robustior: atq; ualebis.
Sputum	Qui emungit nares in perside: qui spuit: aut qui
Meiere	Egestum pergit: uel mictum: turpis habetur:
Parcus	At qui nil horum committere cernitur: is se
	Continet a uictu nimio: laudesq; meretur.
Socrates	Sic parce Socrates uitam ducebat Athenis:
Parcitas	Vt solus uictu nunq̄ ægrotarit honesto.
Ieiunia	Nulla placent domino tenuis ieiunia mensæ:
Innocentia	Quantum lætificat nullum cōmittere crimen.
Iactatio	Laudibus extollant alii tua gesta: tacendum
Laus	Est tibi: sordescit proprio laus ore relata.
Mansueti	Gratia mansuetis domino tribuetur olympi:
Superbi	Quiq; superbus erit: cœleste fauore carebit.
Humilis	Est humilis sapiens: insanus quisq; superbus:
Clæmens	Clæmentis uita est iucundior, atq; superbi:
Odium	Fert odium/rixas: fert cædes: dilige quenq;:
Pax	Pax, amor, in cūctos uitam tribuere secundam.
Trāq̄llitas	Perpetuo cupiens tranquillam degere uitam
Patienda	Abstineat uetitis: patiatur quæq; ferenda.
Mendax	Vir mendax/litemq; serens/crudelis, auarus:
Crudelis	Est odio regi cœlorum: tu bonus esto.
Vxor	Vxorem quicunq; suam uult esse pudicam:
Maritus	Improbus est: nisi seruat idem: q̄d poscit ab illa.
Adulter	Vxorem alterius tangens, immundus habetur:
	Qui cupit ergo sibi laudemq;/decusq; caueto.
Vxor	Nec solum dominus præcepit crimen haberi

Vxorem alterius contingere: sed meretricem. Meretrix
Diligit alterius: miser est: quicunq; figuram: Amator
Fœlix: qui subito flammas extinguit amorum.
Conualet ægrotus ueteri statione recedens: Aeger
Captus amore procul fugiens: sanus remeabit. Amator
Abstineas oculis: Darii cernere pulchram Oculi
Noluit uxorem Macedo: quo castior esset. Alexander
Vritur ut subito Vulcani lumina tangens: Ignis
Non secus a tactu muliebri corda uirorum. Mulier
Nostrum plus aliis placet: at nobis alienum: Aliena
Sorte tua contentus eris: quæcunq; sit illa. Sors
Gaudia nulla hoi tam prospera dantur: ut illic Aduersa
Mel sine felle insit: sine luctu plena uoluptas.
Alterius peccata uelis cognoscere nunq̄: Peccata
Nam tua celare est potius: q̄ scire aliena. Aliena
Tu domui/ non illa tibi: sis nate decori: Domus
Ne tibi aristippus faciem deturpet inerti. Aristippus
Diuitias uitæ causa molire tuendæ: Diuitiæ
Quod satis est cupias: insit tibi nulla libido. Satis
Non adeo cura est uitæ præsentis habenda: Vita
Vt capiat mentem uenturæ obliuio uitæ. Paradisus
Si diues fueris: delicti non eris expers: Diues
Ni cupis & miseris/ & egenis/ esse benignus. Benignus
Posse bonis uti præsentibus atq; futuris Bona
Difficile est: petitur cœlum uirtute/ labore. Cœlum
Diuitiis multi perierunt: robore quidam: Diuitiæ
Sæpe solent igitur nobis bona nostra nocere. Bona
Parua magis iucunda uenit: q̄ multa: supellex: Paupertas
Anxius est diues super armentis/ gregibusq;. Diues

Auari Multi in diuitiis inopes occurrere possunt
Parcit enim gazæ: ut diues moriatur: auarus.
Diuitiæ Diuitiis sapiens dominatur: seruit ineptus.
Diuitiis noli cor ponere: si quis abundas:
Diues Non ego felices reputo: quibus affluit aurum:
Ni scierint uti: fueritq; id iure paratum.
Auarus Nullo animus lucro pingui satiatur auarus:
Crates Ipse Crates aurum iecit uirtutis amore:
Natura Pauper eris nunq̃ naturam rite sequendo:
Exiguum natura cupit: multumq; libido.
Natura Naturæ satis est fluuius: sat poma, uel herbæ:
Victus Vtere natura poteris sic esse beatus.
Pauper Exultet pauper: grates agat omnipotenti:
Liber enim multis patrimoni nexibus ille.
Paupertas Paupertas urbis muniuit: repperit artes:
Pauptate sapit Socrates: Plato: cæcus homerus.
Pauper Est odio pauper cunctis: affinibus atq;:
Diues Diligitur diues: tu quenq; bonum tuearis.
Aliena Nemo cum propriis curare aliena ualebit:
Rerum alienarũ cura est grauis, atq; molesta.
Ludere Seu pila delectat: siue alea: lude parumper:
Ludere non turpe est: parco si tempore fiat.
imprudẽtia Nil imprudenter faciendum: fortuituue:
Ludere Non ludo atq; ioco: sumus ad grauiora creati.
Bonus Quisq; deum metuens: recto qui tramite pergit:
Spernitur a prauis: tu dilige semper honesta.
Adolescens Est adolescentis maiores se uereri.
Consilium Consilioq; frui sapientum quolibet actu.
Senex Corporeus labor est seniori diminuendus

Exercere animum senior, non corpora debet.
Consilio senior iuuenes, patriamq; iuuabit: Senex
Effugiat senior langorem: desidiamq;.
Dedecet ipsa uenus quemcunq;: magis seniorem. Luxuria
Luxuriant iuuenes longæui exempla sequendo.
Parturiens hominum conspectum uitat asella. Asella
Committunt homines uulgo turpissima quæq;: Turpia
Pergit apes longe: quoties emittit oletum: Apes
Egerit ante thorum, uel mensam, uir mulierq;. Oletum
Munditiæ tibi sint uestitus: aut faciei: Munditiæ
Quas laudet sapiēs: nō quas reprehēdere possit:
Incedit sapiens: non ambulat: ergo caue bis Incessus
Ingressum celerem: uel tardum: sume decentem.
Esto pudicitiæ, uitæq; exemplar honestæ Exemplar
Sermone, ingressu, uisu, gestu q; decenti. Sermo
Hi tecum maneant: quorum sit uita pudica: Comites
Infames procul esse uelis: procul ire iubeto. Infames
¶ Tullius instituit præceptis officiorum Tullius
Quem genuit: prosamq; illi, non carmina misit.
Carmine fit longe breuior sententia: menti Carmen
Longius hinc hęrent: quæ carmine rite notant.
Iccirco fili de Moribus Officiisq;
Carmen habes: tu disce simul cū fratribus illud.
Hæc intra luces uiginti lusimus: at tu
Intra annū discens: prudēs eris, atq; modestus.

Speculi finis.

Quæ mihi terra parẽs: q me genuere parẽtes
Cognomen fuerit qua ratione datum.
Quæ mihi iũcta thoro: qbus & comitatus alũnis:
Hinc studia: hinc mores calliopea refer.
Velitræ Volscorum insignis magna & populosa Velitræ
Est urbs: in latio rura uetusta tenens.
Colle sita est humili: clypei cui forma rotundi.
Porta duplex: insunt bis pia templa decem
Sunt putei cælestis aquæ: puteiq; fluentis:
Circumstant septem mœnia fonticuli.
Sunt plateæ: pulchræq; domus: sunt strata uiaq;:
Est in conspectu mons mare saltus ager.
Est pomptina palus: Circeii: Asturia turris:
Mœnia Nuntumnæ fluctibus huda maris.
Nẽ procul inde Antum fortunæ regia quondam.
Ardea non longe est: Lanuuiumq; prope.
Sermoneta iugo: Norbæ: Chora: maxima turris.
Prænestе a tergo montibus impositum.
Distat ab urbe quidem uiginti milia passum.
Trigintata a circes sedibus urbe iugis.
Sunt fontes agro passim: sunt arua: gregesq;:
Vineta: arbustum: pascua: rura: nemus.
Hinc alimenta ignis: Volucrũ genus oẽ paratur:
Hinc quoq; fuluus Aper: caprea: cerua: lepus:
Græcula uina quibus gnosi mitissima cædunt.
Gargara uix segetes tot libycue ferunt.
Quot mare tyrrheno pisces capiuntur: ad urbem

Hac pergunt: hinc est copia magna uiris:
Non desunt lacuum pisces: non fluminis ulli.
Sub dicione licet flumina nulla: lacus.
Augusti patriam prisci dixere latini
Cæsaris: imperium cui tribuere poli
Ante diu q̃ natus erat: nam fulmine tacta
Parte urbis: uates consuluere pios.
Responsum/ quandoq; fore: ut rerum poteretur
Ciuis: in Augusto sors ita uera fuit.
Hæc eadem conferta uiris: quibus oppida nulla
Clara magis: seu lex seu medicina placet:
Astrorum cœliq; uias: rerumue tenere
Causas: cœlicolum numina nosse deum:
Pontifici summo tantum subiecta/ potitur
Iure suo: & quicquid prouenit ex aliquo.
❡Liberior nulla est sacræ dicionis alumna
Hac: ubi parturiens Angela te genuit. Angela mater
Nomine digna suo uirguncula iuncta Ioanni
Casta quidem mitis fida uenusta pudens.
Octo & uiginti nondum possederat annos
Idibus Augusti dormiit alta petens.
Quinq; tamen genitis mulier prius edita partu:
Hinc tu post alius nomen Aui referens.
Hinc Bernardinus: nata hinc cognomine primæ.
Infantes pereunt tres: duo tecta colunt.
Bis duo post mensis Iacoba est tradita patri:
Angela nata tibi nomina matris habens.
❡Corpore non alto fuerat Pater inclytus acri Ioannes pr̃
Ingenio: quamuis grammata nulla sibi

Sæpe magiſtratum geſſit: nam ſæpe Nouemuir
Electus: ſæpe eſt miſſus ad ora ducum.
Iudæos pepulit ciuis ob fœnore preſſos:
Pietatis mons — Conſtituit montem / qui pietatis ineſt.
Lege tamen poſita / fieret ne fœnus ab ullo
Amplius: & pœna eſt omnibus inde data.
Tentauit quandoq; tamen gens impia rurſus
Allicere ſpreta relligione canes.
Concilium petiit genitor furibundus & acer
Tum minitans clamat crimen onuſq; fore.
Pró ſuperos: aurum tanti eſt: ut iura fidemq;
Diſſoluat contra faſq; piumq; ſimul.
Hebræus — Hebræus ſed enim Romæ corruperat omnes:
Vix tamen egreſſus fulmine tactus obit.
Tum patrem dixere pium: miracula cuncti
Dixerunt precibus talia facta patris.
Ex illo nemo eſt auſus tentare nefanda
Et magis atq; magis mons pietatis habet.
Patris obitꝰ — Poſt ubi luſtra decem genitori parca peregit
Deſtitit: heu pietas quid iuuat eſſe pium?
Impia fata uiro mortem tribuere nefandam
Et ſi cultor erat maximus ille deum.
Impia fata nimis ſubita præcordia labe
Preſſerunt: cecidit lingua animuſq; ſimul.
Indoluere omnes orbati ciue benigno
Non aliter q̄ ſi patria capta foret.
Tu tamen ante alios luctu miſerandus: & alter
Quo tibi reſtiterat gratius orbe nihil.
Lugebas merito charo genitore perempto.

Cui fueras uita charior ipse sua:
Nam te dilexit plusq̃ pater ullus amarit:
Hinc labor omnis ei non labor ullus erat
❡ Nec Bernardinum cura leuiore colebat: Bernardinus
A quo ut ledęo Castor: amatus eras frater
Dum passa est Atropos sęuissima: dumqꝫ sorores:
Dum licuit coelo/sideribusqꝫ frui.
Quinqꝫ & enim lustris exacti temporis usus
Post obitum nono mense parentis obit.
Infelix nimium Romæ sine fratre peremptus
Dum uacat iuuentis Delphice Apollo tuis:
Accessit cumulus fraterna morte parentis
Iacturæ: accessit luctus & usqꝫ dolor.
Hic opus arte fuit/ ne te quoqꝫ portitor acri
Moerore effectum ferreus acciperet.
Profuit interdum sapientum uisere libros:
Profuit & somno lumina mœsta dare.
❡ Iam tibi cognomen dederit quæ causa decebo: Mancinellus
Cum dederit primis ante Palumbus Auis: unde dictus
Dum Stephanus puer esset Auus: Leuoqꝫ lacerto
Fortior: accępit quod tibi nomen inest.
Tu dexter: Natiqꝫ tui: frater qꝫ pater qꝫ:
Sed Mancinellus dicere sicut Auus.
❡ Angela iuncta tibi iuni post octo calendas Angela
Atqꝫ decem: Nono mense peregit opus. uxor
Porphyrium genuit: quinquẽnem pestis ademit: Filii
Martha secunda fuit peste perempta simul.
Pindarus & Quintus: Phęstus quoqꝫ te comitãt:
Prisca: Aquilinus item: uel Titus astra tenent.

Studia ¶ Ordine cūcta modo referā quæcūq; supersunt:
Vt studia: ut mores: quæ tibi parca dedit.
Grammaticen puerum docti docuere latini:
Patris cura Cura tui fuerat maxima nanq; patri.
Qui rector custosq; pius Venusinus ut olim
Expulit omne nephas: contulit omne decus.
Studia Consilio cuius ciuilia iura petisti
Ad logicam uertit post medicina uirum.
At quoniam data sunt mortalibus omnia cælo
Pieridas uoluit reddere uirgo tibi.
Præteritis igitur septem ter messibus æui
Mancinelli opera In patria doctor publicus eligeris.
Verborum regimen: uariatio: spica: figuræ
Thesaurus: flores: hic uigilata prius.
Gymnasiū post Roma dedit: Cōmenta Maronis
Tum Satyri: hinc Flacci: Versilogumq; paris.
Pomponi hortatu Venetas deductus ad oras
Laurenti limam scribis: & inde modum.
Somnia quis maior declaras Scipio uisus:
Rethoricenq; simul uel Ciceronis opus.
In patria speculum de moribus/officiisq;:
Sermonumq; decas scribitur: hortus item.
Lexicon: Emporium: diuersa epigrāmata: persi
Solini/ Aeneidos/ glosaq; fit ualeri.
Venus ¶ Segnis ad idaliam cauisti furta maritæ:
Cauisti quicquid turpius esse potest.
Mores Non auidus rerum nisi quas natura requirit:
Nemo tibi captus fraude dolisue fuit.
Nil præter rectum placet & laudabile: quicquid

Turpe fugis: toleras qualiacunq; libens:
Hinc placidus: mitis: pudibundus: relligioni
Deditus: hinc optas relligione frui:
Mentiris raro: negligis conuicia magnus:
Irato cedunt ira furorq; grauis.
Munere nam diuum patiens tolerare paratus
Quicquid in orbe tibi fata dedere mali.
Somni q̄ minimi curarum mole repressus:
Nam tibi ni doceas uictus adesse nequid
Sæpe necessaris caruisti: cœlius olim Egestas
Passus idem: nec nunc aureus unus adest:
Post obitum uiuēs: aqua uel cibus: optima forma
Sacrorum cultus: somnia grata ferunt Somnia
At uenus e contra: nummi: uel monachus: ignis.
Auspicium cornix ille uel esto malum.
Corpore non tenui nec pleno longus haberis. Statura
Nigro octoginta lumine pollicibus.
Cumq; nihil doleas sincero corpore toto
Iam decies annos quattuor inde tenes.
Mille & quingenti fiunt nunc octo remetis
A puero cycli: quem pia uirgo parit.
Sextus Alexander cleri iam pastor habetur: Alexander.
Post tamen Eugenii tempora lumen adis. vi.
Hactenus ista satis: uerum si plura supersint
Adiiciam post hæc omnia: iamq; Vale.

Ant. Mancinelli publica Munia.

Ter septem fueram solummodo natus ad annos:
Quum mihi mercedem patria grata dedit.

Quattuor hic hyemes ter/legi: peste fugatus
Sermonetanis annua musa fui.
Quinq3 per autumnos uidit me Roma legentem:
Phanenses anno me sonuere lares.
Inde duos annos Venetam/totidemq3 calendas
Excolui pubem/dogmata nostra docens.
Quattuor in patria/Venetis redductus ab oris
Edocui messes/gallica tela tremens.
Contigit Oruieti binos docuisse per æstus:
Tot stipe cõmuni rursus in urbe lego.
Inde mihi merces studioso publica nunq̃
Defuit ex illo tempore: quo docui:

Ant. Mancinelli Vita. MDII.

Quinquaginta mihi lachesis iam contulit annos:
Conferet et ulterius: Calliopea notet.

Hæc Speculi Secunda Romana impressio.
Die Decembris. xxiiii. Anno. MDII.

Sequitur Emporium.

¶Latini ſermonis Emporium:per Ant.Mancinellum Veliternũ.

Ad inclytum uirum/Iuſtinum Caroſium/utriuſqꝫ Iuris Doctorem Eximium:Ciuemqꝫ Veliternum illuſtrem:Conſiſtorii/fiſciqꝫ Aduocatũ præſtantiſſimũ:pro Vincentio filio.Anno Saltis.1499.

¶Emporii commoda.

Qui uolet a teneris uti ſermone latino
Qui uolet in promptu uerba latina loqui:
Emporium ediſcat:latio ſermone diſertus
Fiet:& in promptu uerba latina feret.
Id iuſtine tuus Vincentius inclyte diſcens:
Promptus erit:fiet cultior:inde legat.

¶Magiſter:Diſcipulus.



Ttendi a lettere mentre ſe po.
Da operam litteris dum conceditur.
Le meglio deuentar mendico che indocto dixe Ariſtippo.
Satius eſt mendicũ euadere q̃ indoctũ:ait Ariſtippus.
Nõ eſſer tardo ad imparare.
Nihil ſit moræ ad diſcendũ.
De indocto te farro perito.
Te faciã ex indocto peritũ
Per quãto potro:te adiutaro ſempre.
Te quantũ potero/iugiter adiuuabo.
Co mano & pedi me ſſorſaro ſeruirte.
Manibus & pedibus nitar obſequi.

Haro cura de tua facenda:
Curabo rem tuam.
Tu fai piccola spesa:
Exigue sumptum facis.
Tu si molto scarso:
Perparcus es.
No posso pater la spesa:
Nequeo sufferre sumptum.
Metti ad guadagno questo di
Appone lucro hunc diem.
Me hai cõsolato: Beasti me.
Apparecchia da magnare:
Para dapes: para epulas.
Apparecchia da cena:
Appara cœnam.
Di che hauemo da cena:
Dic nobis quid cœne siet.
Adacqua el uino:
Dilue merum.
El uino adacquato fa prode:
Dilutum uinum prodest.
La carne đ mõtone no ha sapor
Arietina caro illepida ĩsulsa insipida est.
La carne de castrõe e saporita
Veruecina caro sapida est.
Sfacqua lo becchieri:
Excute aqua cyathum.
Chi e piu aduenturato de te?
Quis est te fortunatior?
Lauantar tuo e superchio:
Nimia est iactatio tua.
Batti spesso lusci:
Pulsita fores.
Adopera me in oẽ loco e tẽpo
Vtere me ubicũq3 & qñcũq3
Te contentaro:
Tibi obsequar. faciã te uoti compotem.
Verro occulto ad mio patre:
Clam patre ueniam.
Dio te dia sanita:
Te deus in columẽ reddat.
Te cauaro locchi:
Eruam tibi oculos.
Fa el peio che poi:
Age quampessime potes.
Te cogliero sprouiso:
Te imprudentẽ opprimã.
Si gran ribaldo:
Quampessimus es.
Serrai dissacto in tutto:
Peribis funditus.
Te appicci ala peior parte
Ad deteriorẽ ptẽ te applicas
Tu si piu tristo, che bono:
Deterior es, q̃ melior.
No te sparagnaro.

Tibi non parcam.
Sparagnate un poco.
Aliquantulum tibi parce.
Tu te ſparagni operarme.
Angis te me uti.
Perche te ſparagni de me?
Cur me erubeſcis?
Sparagna la roba ad toi figli.
Parce rem filiis.
Conſerua bona liberis.
Troua te ad caſa:
Adſis domi.
Triſto te che fai?
Miſerum te: quid agis?
Cio che hai diffarro
Quicquid habes/ perdam.
Te diffarro: Te perdam.
Va in hora bona:
I felix: I bono ſidere.
Metti te in punto:
Accinge te.
Che te da affando?
Quid te ſollicitat?
Quid te uexat?
Tu ſi uituperato in tutto:
In ſumma infamia es.
Fa ſcambetti.
Circũſili: exulta: exili.
Tuo ſcambetto fu mirando:
Tuus fuit mirabilis circũ-
ſultus.
De che natura ſii: al parlar ſe
cognoſce:
Quale ingeniũ habeas/ indi
cio eſt oratio tua.
Non te ſparagnar de me:
Noli te pigere mei.
Ne pigeat te mei.
Me allegro ſii uenuto ſaluo:
Saluũ te aduenisſe gaudeo
Haio letitia non ſperata:
Inſperatum gaudiũ habeo.
Me ſegniſicarai/ come ſtai:
Denuntiato qui uales.
Paſſi tutti de bonta:
Probitate cũctos antecedis
Non te impicciar meco:
Ne implicer is mecum.
Tu no te poi admanſare
Manſuefieri non potes.
Io mettero un altro i loco tuo
Ego aliũ ſufficiã in locũ tuũ
No me piace leſſer tuo:
Diſplicet ingenium tuum.
Abaſſa la uoce:
Deprime uel ſubmitte uocẽ
Alza lo uoce:
Attolle uel extolle uocem.

Spicca luua:
Demitte uuam.
Farro de te mille pezoli:
Dete mille frustula faciam.
Tuo putto ha li uermi:
Puer tuus uerminat.
Mio presutto fa uermi:
Meus petaso uermiculatur:
Da me tre tirate dacqua
Præbe tris aquæ haustus.
Te piecaro come arcu:
Arcuabo te.
Il serpe cãmina ad arco adar-
Serpẽs arcuatim repit. (co
Aiutate:se no:te ãmazo:
Defende te:secius occidam.
La balista e ben carica:
Intenta balista probe est.
Scarica larcu.
Egeo & Indigeo huius rei & hac re. Sallustius in catil: Maiores nostri Patres Conscripti: neq; consilii: neq; audaciæ unq̃ eguere. Luc. in. ix. Ipsa caloris egens. Idem li. viii. Cæsar eget ratibus. Leander ad Hero. Arte egeo nulla. De indigeo uideas suo loco

Egredior urbem: urbe: ab urbe & extra urbem. Sallustius: Raro egressa fines suos. Suet. in aug. Quamuis statuisset: non egredi tabernaculum. Virgilius secundo æn. Est urbe egressis tumulus. Suetonius in Tyberio: Non egressus est uilla. Ibidem Ab urbe egrediens. Iterum: E conuiuio egrediens. Et in Claud. Vetaret egredi ab urbe. Terentius in Phor. A fratre egressa ẽ meo. Tullius ꝓ Quinto Quintio Si extra hos cancellos egredi conabor Fabius libro primo: Neq; extra præscriptum egredi poterit.

Eripio tibi: a te & de te uitã. Suetonius in Tyberio: Quoniam sinistra fortuna Caium & Lucium filios mihi eripuit. Tullius in uatinium testem: Eripueras Senatui prouinciæ decernẽdæ potestatem. Terentius in eu. Vt illam a me eripiat. Idem in Phor. Atque a crimine hoc Antiphonem eripiam. Tullius in Vatinium testem: De tuis tuorũq; manibus ereptos.

Erubeo hanc rem & hac re. Virgilius secundo ænei.

Sed iura fidemq; supplicis erubuit. Fabi9 libro vi. Ni nostra crudelitate aliena studia erubescamus: Helena ad paridem: Non satis occultis erubuiq; notis.

Aemulor illi & illum. Fabius libro. x. Et consumati iam patroni ueteribus æmulantur. Teren. in and. Quorum æmulari exoptat negligentiam.

Eo uiam & uia dicimus: Cicero pro Murena: Hanc uiam dico ite uiam. Virgilius. iiii. Lõgam incomitata uidetur ire uiam. Teren. in Phor. Eo recta uia equidem illuc. Seneca epistola. xcv. Non licet inquam ire recta uia.

Esse. Iste uult esse pius dicimus. Credo fuisse tibi fidelis. Sperabam me esse medicũ. Incipe mihi esse mitis. Noli mihi esse auarus. Tutum puto: iam bonum esse socerum dicitur. Lucanus tamen ait libro. ix. Tutumq; putauit iam bonus esse socer. Et Ouidius libro xiii. Met ait: Sed enim quia rettulit Aiax esse Iouis pronepos. Idem libro primo de Põto ad Maximum: Hoc ubi uiuendum est satis est si consequor aruo Inter inhumanos esse poeta getas. Esse philosophum prodest. Bonum est esse pœtam. Mihi licet esse pio: Et mihi licet esse pium: nõ pius. Cunctis autem exempla collegimus. Lucanus libro primo. Exeat aula: qui uult esse pius. Hypermestra ad linum: Esse ream præstat: q̃ sic placuisse parenti. Si enim unico hæret casui: debet ille esse accusatiuus. Naso libro v. Meta. Quãtum est:

esse Iouis fratrē. Idem libro ix. Et me dignus eras: uerum nocet esse sororem. Terentius in Eu. Apparet: seruum hunc esse domini pauperis. Vbi Prisc. libro. xvii. ait: ita dixisse Terentiū: pro apparet hic seruus. Terentius autem optime & scđm usum locutus est: ut ostendunt superiores auctoritates Licet etiam ut Priscianus ait dicere. Vnde inquit Vatinius libro quinto epl. ad Ciceronem: Dicitur mihi tuus seruus fugitiuus Vardacis esse. Naso libro viii. Met. Nec fortibus illic ꝓfuit armētis: nec eqs uelocibus esse. Ibidem: Vobis immunibus huius esse mali dabitur. Fabius. libro tertio An illi accidat uiro bono esse uel malo. Hypermestra ad Linū Quo mihi cōmisso non licet esse piam. Fabius lib. vii. An huic esse procuratorem liceat. Et li. iiii. Procuratorem tibi esse nō licuit. Ter. in heau. Non expedit bonas esse uobis Cæsar li. vi. de bel. Gal. Quibus iā licet esse fortunatissimos. Qui ergo aliter docuerunt: an recte quidem: iam cunctis patet.

Est: erat: fuit: impsonale reperitur: iungitur enim genitiuo & infinitiuo. Tullius libro primo de legib9 Nec est uiri boni errare: id est non pertinet ad bonum uirum. Iungitur item nominatiuo & infinito Ntūs aūt erit: meum: tuum: suum: nostrū & uestrū Tullius pro Lucio Cornelio: Neq; enim est meum contra auctōritatem Senatus dicere. Idem epistola ad M. Marcellum: Tuum est consulere temporib9 & incolumitati & uitæ & fortunis tuis. Terent. in

heau. Sed est nostrũ intelligere utcũq; id ẽ ad nos pertinet. Terẽ. item in phor. ait: Omitto proloqui nam nihil ad hanc rem est. pro pertinet.

Est mihi nomen Cicero & Ciceroni dicimus. Terẽ. Hecyra est huic nomen fabulæ. Plautus in rudente Hic atq; in cælo: nomen arcturo est mihi. Virgilius: Cui Remulo cognomen erat. Melius est datiuo uti: ut etiam Serui9 libro primo æn. ait: ibi: Cui nunc cognomen Iulo. Priscianus uero libro xviii. inquit: Conscius sum mihi benefacienti: & benefaciens nostri dicunt: quomodo dicimus. Nomen est mihi Iulus: & Iuli: & Iulo: & Iulum.

Euadimus hostem & ex hoste. i. effugimus. Suetonius in Tyberio: Carmilius me euasit. Tullius pro Sylla: Cuius ex insidiis euaseris. Euado gradus & ad gradus. i. ascendo. Virg. libro iiii. Sic fata grad9 euaserat altos. Et libro secũdo Euado ad summi fastigia culminis zc.

Euenit meis litteris: in meas litteras & in meis litteris. Cicero li. ii. epl. ad Curionem: Ex quo uereor ne idem ueniat in meas litteras. Achontius Cydippe In caput & nostrum dominæ periuria quæso eueniant: pœna tuta sit illa mea. Fabius li. x. Quod in orationibus quoq; euenit.

Excanto te ueteres secundum Græcos: nos excãto tibi Diomedes.

Excedo italia uel ex italia. Cæsar li. i. de bello Ciuili Italia excedere constituerat. Suetonius in claudio

Italia excessissent. Virgilius libro v. Ergo alacris: cunctosq; putans excedere pugna. Decius Brutus ad Tul. li xi. epl. Ex italia non excedam. Terenti9 in and. Ex istoc excesserat loco.

Excrucio me animi: & id excrucior. Plautus in epidico: Qui dum filii causa: cœperam ego me excruciare animi. Ibidem: Id ego excrucior.

Exeo aulam: aula: ex aula: & de aula. Terẽti9 in Hecyra: Quũ limen exirem. Lucanus libro primo Exeat aula qui uult esse pius. Tulli9 libro. iiii. epl. Ne aut tibi exire ex urbe necesse sit. Idem primo libro Tusc. Vt exeamus e uita læti. Et de responsis Haruspicum: De cauea exire iubebant.

Exonero te curis & ex curis. Terenti9 in Phor. Nos quoq; amicos eius exonerastis metu. Plaut. in epidico: Atq; ita ꝓfecto: ut eam ex hoc exoneres agro.

Exoro te uel a te hanc rem. Terentius in Andria: Si ne te exorem hæc. Plautus in Bacchidibus: Hãc ueniam illis sine te exorem. Ibidem: Ego quidem ab hoc certe exorabo.

Expedio me cura & a cura. Terentius in hecyra: Teq; hoc crimine expedi. Ibidem: Qui te citius expedias ab his erumnis. Et in Phormione: Cura sese expediuit.

Expello te Sicilia uel e Sicilia. Suet. in Tyb. Pœnos Sicilia expulit. Luc. li. iii. Sedibus elysiis campoq; expulsa piorum. Coelius Ciceroni libro. viii. epel. Nam me cum expulisset ex italia Pompeius. Luc.

libro scđo Expulit armatam patriis e sedib9 urbē.
Expirat & animam expirat. Pris. xviii.
Extraho te curia uel e curia Suetoni9 in cæsare: Marcum catonem interpellantem: extrahi curia per litorem: duciq; in carcerem iussit. Idem in Vitel. Extractus e latebra. Terentius in hecyra: Et ex quanta ærumna me extraxeris.
Exuo me uestē: ueste & e ueste. Exuo mihi uestem. Vir. lib. v. Et tu troianos exue cæstus. Suet. in ces. Nullum unq̄ hostem fudit: quem nō castris quoq; exuerit. Idem in calig. Ac bonis exuti uenas sibi inciderent. Stati9. Th. ix. Magnoq; e uulnere telum exuit ipse gemens. Naso Met. vii. Iamdudum uincula pugnat exuere ipse sibi. Idem li. iii. de arte: Anguibus exuitur tenui cum pelle uetustas.

F

FAcio te certum & certiorem. Vir. li. iii. Anchisen facio certum. Plautus in pseudolo: Fac me certum quid tibi sit: iuuabo. Ibidem: Epistola atq; imago me certum facit. Et in aulularia: Abiit: neq; me certiorem fecit. Id tamē ultimum soluta oratio postulat.
Fastidit illius & illum. Plautus in aulularia: Abiit: neq; me certiorem fecit: fastidit mei. Virg in B. Inuenies alium: si te hic fastidit alexis.
Fatur mihi uel ad me. Virg. li. i. Hic tibi fabor enim Lucanus li. viii. Et ad superos obscuraq; sidera fat.

Feci tui causa & tua causa feci: hoc differunt. Ut tui causa tunc dicamus: si aliquid ipsi ad quem loquimur p̄stiterimus: ut puta: tui causa te defendi. Tua uero causa tunc: quū alteri aliquid alterius contēplatione præstamus. Ut tua causa hominem tuum defendi. Ser. li. xii. Victus amore tui: cognato sanguine uictus.

Fœlix hui9 rei & hac re. Sylli9 libro sc̄do Fœlix Mur re necis: patriaq; supstite fœlix. Maro libro iiii. At non infœlix animi. Et libro ix. Fœlix morte tua.

Fœneror & fœnero idem significant. Seneca epistola secūda Quantum pascat: aut fœneretur id est ad usurā det: Et ep̄la. xli. Multum serit: multum fœnerat zc. Cicero item in lælio inquit: Ut enim benefici: liberalesq; sumus: nō ut exigamus gratiam: neq; enim beneficium foeneramur: sed natura propensi ad liberalitatem sumus. Sic amicitiā non spe mercedis adducti: sed q̄ omnis ei9 fructus in ipso amore inest: expetendam putamus. Et Prouerbiorum xix. Foeneratur domino: qui miseretur pauperis. De quo uideto etiam in Mutuo. Et in lima Val.

Fessus animo & fessus corpore dicitur. quod magis est proprium. Fessus etiam rerum a fortuna uenientium Seruius libro primo æn. Fessi rerum zc.

Fido huic rei & hac re. Virg. libro. ix. Et fidere nocti. Et li. vii. Moliri iam tecta uidet: iam fidere terra.

Figo hastā terræ uł in terra. Luc. li. vii. Pars terræ figere tela. Vir. li. vi. Ramūq; aduerso i limine figit.

Flagito Pindarum libros: flagito libros a Pindaro Tul. pro Plantio: Dicendũ est id: quod ille me flagitat. Idem libro quarto epl. A te flagitent. Et pro Sylla Hanc a me orationem flagitasset. Et florus a tribunis agros & cibaria flagitaret.

Formido illi & illum: sed differunt. Plautus in aulularia: Auro formidat Euclio.

Fraudo illum hac re uel uel in hac re. Lucanus libro secundo. Nullo fraudem9 sanguine bellum. Tul. pro Sex. Roscio: Si nulla in re te fraudauit.

Fugio illum uel ab illo. Virgi. in B. Quem fugis ah demens. Iuu. sat. vi. Quæ fugit a sexu.

Fungor consulatum & consulatu. Suet in aug. Qui suam uicem præsidendo fungerentur. Terenti9 in Adelph. Liberalis functus officium est uiri. Et in Phor. Functus adolescentuli officium est. Plautus in Amph. Teq; absente hic munus fungatur tuũ. Ter. in Adel. Et tuo officio fueris functus.

G

Gaudeo mihi uel mecum. Cicero libro sexto epistola ad Basilium: Tibi gratulor: mihi gaudeo. te amo tua tueor. Terẽtius. in hecyra: Vt tacita mecum gaudeam.

Gaudeo uirtute uel de uirtute: propter uirtutem rarissime. Terent. in hecyra: Gaudeo ita me dii amẽt gnati causa. Cicero li. vii. epl. ad Marium: De bursa te gaudere certe scio. Item de responsis haruspi-

Gaudeo mihi de toto hoc ostento. Idem libro secũdo de finibus: Est autẽ a te semper dictum: nec gaudere quenq̃: nisi propter corpus: nec dolere. Ibidem Vt is qui propter me aliquid gaudeat. zc.

Gaudeo illud: gaudeo gaudiũ & gaudio. Cicero de claris oratoribus: Simul illud gaudeo: ꝙ & æqualitas uestra &c. Plautus item in mostellaria inquit: Hæc qui gaudẽt: gaudeãt perpetuo suo sẽp bono Cicero libro viii. epl. In theatrũ Curionis hortẽsius introiit: puto ut suum gaudium gaudeamus Ter. in And. Nemo est quẽ malim omnium Nam hũc scio mea solide gauisurum gaudia. Plautus in Persa. Qui inuidet mihi & ei: qui hoc gaudio gaudet.

Glorior meis uel de meis & in meis diuitiis. Seneca epl̃a. lxxviii. Vides aliquem gloriari senectute longa. Tullius in uatinium testem: De tuis diuitiis intolerantissime glariaris. Cicero libro iii. de finibus: Deinde quæro: quis aut de misera uita possit gloriari: aut nõ de beata. Idem libro ii. off. Nobis quoq; licet in hoc quodammodo gloriari.

Gratulor gaudeo pariter cum alio & gratias ago. Afranius: Gratulor diis id est gratias ago. Priscian9 xviii. Terentius item in heau. Ohe iam desine deos uxor congratulando obtundere.

Gratulamur aliis: lætamur nobis. Cicero id ostẽdit primo epistolaꝶ ad lentulum: ait enim: Quod mihi de nostro statu: de Milonis familiaritate: de leuitate & imbecillitate Clodii gratularis: minime

miramur te tuis ut egregium artificem præclaris o peribus lætari. Eadem epiſtola etiam inquit: Qđ mihi de filia: & de Craſipede gratularis agnoſco hu manitatem tuam.

Gratulor tibi hac re: hanc rem & de hac re. Coelius Ciceroi li. viii. epl. Gratulor tibi affinitate uiri me diuſſidius optimi. Cicero li. i. epl. ad Lẽtulum: Qđ mihi de filia zc. ut ſupra. Plaut. in captiuis: Eũt ob uiam: gratulanturq; eam rem. zc. Idẽ in ſticho Ibo intro: & gratulabor ueſtrum aduentũ filiis.

Grauor hanc rem uł hac re. Vir. li. x. Quid ſi quæ uo ce grauaris: mente dares. Fabius libro. I. Quæ ſi qs grauabitur. Suetonius in aug. Ampla & operoſa p̃ toria grauabatur: Vir. li. ix. Pluuia quum forte gra uantur. Statius prima ſylua inquit: Leuã tritonia uirgo non grauat. Ouidius item li. iii. triſt. Illa me os caſus aggrauat: illa leuat. In Met. Degrauat æt na caput. Seruius autem li. x. æn. ait. Aggrauor ad uentum tuum: grauor p̃ſentiam tuã: grauiter fero.

H

Habitat in platea: uallib9 imis. Rhodi. ruri. ca ſas Terẽtius in Andria: In hac habitaſſe pla tea dictum eſt Chryſidem. Tullius pro. M. Cælio In ædiculis habitet. Maro li. iii. æn. Habitabãt ual libus imis. Et in vi. Lucis habitamus opacis. Te rentius in eu. Ea habitabat Rhodi. Tul. pro Sex. Roſcio: ruri: ſemp habitarit. Vir. in. B. Atq; hũiles

habitare casas. Ibidē: Habitarūt dii quoq; syluas.
Habitabat Romæ & Romam dicim9. Priscia. xviii.
Hærent parietibus uel in parietibus uel ad parietes scale: hæreo me in terram. Virg. li. ii. Hærent parietibus scalæ. Oenone Paridi: Hærebat gremio turpis amica tuo. Ou. li. iii. Met. Scopulis hærerē semper in iisdē. Syllius li. v. Hæsit in opposito cuspis sydonia ligno. Naso li. ii. Met. Pluma erat: inq; cutē radices hæserat imas. Varro li. i. đ agricultura. c. xxxi. de uicia: Ad quem hæreat: id solet uincire.
Horreo ensem & ense. p accusatiuū sæpius Virgili9 libro iii. g. Aut impacatos a tergo horrebis Iberos.
Hortor illū ad pacē uel de pace. Tul. Philippica. iiii Galliā totā hortatur ad bellū. Cæs. libro primo de bello ciuili: Ut libonē de cōcilianda pace hortetur.

I

IDoneus huic rei uł ad hanc rem. Iuuenalis sa. xiiii. Si facis ut patriæ sit idoneus: utilis agris. Plaut. in pœnulo: Tot quidem non potuisti adducere homines magis ad hanc rem idoneos.
Ignosco sceleri eius & ignosco ei scel9. Plaut9 in Mustel. Stultitiæ adoloscētæq; eius ignoscas. Et in Milite: Nunc hoc mihi ignoscas quæso.
Illudo tibi & te: Insulto etiā tibi & te dicimus. Virgi. libro secundo Certātq; illudere capto. Et alibi: Verbis uirtutem illude superbis. Sallustius item: Multos a pueritia bonos insultauerat.

Iminet illis & in illos. Ouidi9 libro Metam. Iminet exitio uir cōiugis. illa mariti: Cicero phillippica septima: Qui in gallia delectus habent: qui in nostras fortunas iminent.

Impertio id est partē do: ut scribit Nonius Scribitur autem per e post p. Dicimusq; impertio & impertior actiue tm̄ significationis: sicut partio & ptior. Impertio illum hac re & impertio illi de hac re. Terentius in adel. Sed cur cesso heram his malis impertiri. Idem in eu. Plurima salute Parmenonem summū suum impertit Gnato. Plautus in aulularia: Minusq; me impertire honoribus. Cicero of. ii. Sæpe idoneis hominibus & indigentibus de re familiari impertiendum est. Dic autem impertio p e: non autem impartio per a: ut multi solent.

Impersonalia passiuam uocem habentia datiuo uel ablatiuo iunguntur. quod multi hoc tempore mihi negabant: quia absoluta. i. sine aliquo casu semper inuenerant. Vnde e multis quæ potuissem afferre subieci quædam. Cicero li. iii. epl̄arum. Quū ad me aditum esset ab iis: qui dicerent a se intolerabilia tributa exigi. Et li. vi. ad Trebianum: Sed nihil est a me inseruitum tēporis causa. Et li. xiiii. ad uxorem: Minus est erratum a nobis: Cæsar itē li iii. de bello Gal. Quum ab hostibus constanter ac non timide pugnaretur. Idem in. v. A nostris resistitut. Liuius in Romulo: Et Romam inde frequēter migratum est a parentibus ac propinquis ra-

ptarum. Tul. i. off. Occurritur autem nobis: & quidem a doctis & eruditis zc.

Impersonale infinitum a passiuo sic differt: Impersonale in infinitum resoluitur actiuum: ut Amari a me uolo: pro amare uolo. Si tamē in significatione passiua proferatur: necesse est etiam accusatiuum subaudiri: ut Amari a me uolo illū. pro amare uolo illum. Pris. xviii.

Impleor meri: mero & de mero. Vir. i. æn. Implētur ueteris bacchi: pinguisq; ferinæ Lucanus libro primo Implentur ualido tyrone cohortes: Martialis libro xiiii. Hos nisi de flaua loculos implere moneta Non decet: argentum uilia ligna ferant.

Implicor his: & in his Priscianus. xviii.

Impono tibi pro decipio. Iuuenalis satyra. iiii. Quis priscum illud miretur acumen Brute tuum: facile est barbato imponere regi.

Impono tibi onus & in te: id est superpono uel addo Iuuenalis satyra vi. Imponit finem sapiens & reb9 honestis. Plautus in Bacchidibus: In te ergo hoc onus omne impono lyde. Palladius de Persico: Imponitq; leues in stipite phyllidis umbras.

Incessit mihi uel in me illud. Vir. iiii. g. Regibus incessit magno discordia motu. Terentius in And. Noua nūc relligio istec in te incessit. id est ingruit ac inuasit.

Incidit in hanc rem & in hac re. Tullius li. i. Rhet. ueteris: Atq; harum aliquam in omne genus causæ

incidere necesse est. Nam in qua re non inciderit: ea nihil esse poterit controuersiæ. Idem li.ix.epl. ad papyriũ: Incidunt aũt in sermone uario multa.

Incumbo Reipublicæ: ad remp. in rem aut in rep. p datiuum parcius. Tullius li.x.epl. Mi plance: incumbe toto pectore ad laudem. Idem de laudibus magni: Ad id bellum imcũbere. Et li.x.epl. Vt in Remp. omni cogitatione: curaq; incumberes. Ibidem: Incumbe per deos immortales in eam curam & cogitationẽ: quæ tibi summã dignitatem & gloriam afferat. Fabius li.ii. In id maxime quod poterit incumbet. Tullius ibidẽ: Vt tota mente omniq; animi impetu in rep. incumbas.

Indigeo parentis & parente. Terẽ. in And. Quasi tu huius indigeas patris. Virg. in B. Quorum indiget usus. Suetonius in Cæsare: Prout quiq; indigerent monitione. Valerius item li.vii. Vnicæ filiæ pater Themistoclem consulebat: utrũ eam pauperi ornato: an locupleti parũ probato collocaret. Cui is malo inquit: uirum pecunia: q̃ pecuniam uiro indigẽtem. Quo dicto stultum monuit: ut generũ potius q̃ diuitias generi legeret.

Indignor illam rem & illa re Priscianus xviii. Virgilius item li.ii. æn. Et casum insontis mecũ indignabar amici. Idem li.v. Hi proprium decus: & partũ indignantur honorem. Cicero item libro primo rhet. ueteris. Et dicere ea: quæ indignentur aduersarii: tibi quoq; indigna uideri.

Induco animum huic rei: induco in animũ hãc rem. Terẽtius in And. Ne illis animum inducas. Idem in heau. Istuc in animum inducas.

Induo te uestem & induo tibi uestem. Teren. in eu. Meam ipse induit. Plautus in Casina: Loricam induam mihi. Naso libro. vi: Met. Germanamq; rapit: raptæq; insignia bacchi induit. Virg. li. xi. Harum unam iuueni: supremum mæstus honorem induit. Fabius li. i. Nihil enim est peius iis: qui paululũ aliquid ultra primas litteras progressi: falsam sibi scientiæ persuasionẽ induerunt. ¶ Hinc indutas uestes optime dicimus: Pœ li. iii. g. Vestesq; rigescunt indutæ.

Infit illis: uel ad illos. Apuleius lib. v. ea nocte ad suam psychen sic infit maritus. cum datiuo passim.

Insidet illi: insident floribus: insidet in animis: Virg. lib. i. æn. Insideat quantus miseræ deus. i. insidias paret. Idem li. vi. Floribus insidunt. i. insistũt. Tullius pro. L. Cornelio: Sed in animis omnium penitus insederit. i. animis omnium placuerit.

Insilio naui & in nauim. Lucanus decimo Sed cæca nocte carinis insiluit Cæsar. Plaut. in milite: Maximum in malum: cruciatumq; insiliamus. Idem in Rudente: Ambæ in schapham insiluimus.

Insimulor a te criminis & crimine. Plautus in Amp. Neq; me perpetiar probri falso insimulatam &c. Fabius libro. iiii. Aut siquis repetũdarum crimine insimulabitur. Hypsiphyle iasoni: Vtinã temeraria

dicar Criminibus falsis insimulasse uirum.
Insisto huic rei: hanc rem & in hāc rem: Lucan. libro tertio Illis & uolucres metuunt insistere ramis. Fabius libro primo Ne uulgarē uiā ingressus alienis demum uestigiis insisterem. Virg. libro sexto Nulli fas castro sceleratū insistere limen. Plaut9 in Captiuis: Facere certū est: proinde ut oēs itinera insistant sua. Et in Milite: Insistite hoc negociū sapienter. Ibidem: Age: nunc iam insiste in dolos.
Insto illi & illud. Virg. libro primo Instans operi: regnisq; futuris. Et li. viii. Heu q̃tæ miseris cædes laurentibus instāt. Suet. in Tyb. Et præuadens hostis instaret ultro cedētibus. Plaut9 in persa. Tibi multa bona instāt a me. Virg. li. viii. Parte alia martis currumq; rotasq; uolucres instabant.
Insulto tibi & te. Suetonius in Cæs. Ex eo insultaturum omnium capitibus &c. Terētius in eu. Ne tu istas faxo calcibus sæpe insultabis frustra. Sallustius: Multos a pueritia bonos insultauerat.
Insultare est inimicos irridere p cauillationem. Seruius libro decimo Cernis ut insultent rutuli?
Insum fonti & in fonte. Suetonius in Dom. Illorum coronis inerat illius imago. Et in Tito: Et cui non minus auctoritatis inesset q̃ gratiæ. Ter. in eu. In amore omnia hæc insunt mala.
Interdico tibi aqua & igni. dicitur etiam per accusatiuum. Suetonius in Aug. Alteri ob ingratum & maliuolum animum domo & prouinciis suis inter

dixit. Iustinus li. v. Et cui pauloãte omnem huma nam opem interdixerãt. Seneca item ep̃la lxvii. Interdices mihi inspectionem rerum naturæ. Ouidius libro vi. Met. Cui quõdam regia coniunx orbẽ interdixit. Quod fatuus corrupit.

Interdicitur mihi aqua & ignis. interdicitur mihi aqua & igni. interdicor aqua & igni. Tullius ad põtifices pro domo sua: Velitis: iubeatis: ut M. Tullio aqua & ignis interdicatur. Ibidẽ ut mihi aqua & igni interdiceretur. Suet. in aug. Priusq̃ Senatus consulto interdiceretur. Et in Claud. Hi qui magistratibus prouinciæ interdicerentur.

Interdictum est illi italia: interdictũ est aqua & igni Plinius libro tertio epl. Prisco in biennium italia interdictum. Idem in quarto. Quib9 aqua & igni interdictum est.

Intersum lectioni & in lectione: id est præsens sum. Tullius li. xi. epl. ad D: Brutum: Qui nostro sermoni interfuit: Et li. x. ad plancum: Siquid erit in quo me interesse necesse sit: nunq̃ deero. Idẽ libro. xiii. Qua in re ego interfui.

Intersum illi id est differo ab illo. Terẽti9 in eu. Stulto intelligens quid interest. Addit᷑ quoq; inter cũ accusatiuis. Cicero libro primo rhet. ueteris: Inter officium & finem hoc interest.

Interest pertinere etiam denotat. Plini9 in principio de mundo loquẽs: Huius extera indagare: nec interest hominum: Nec capit humanæ coniectura mẽ

tis. Cicero item libro quinto epl. ad Messinum: Videtur enim mihi res in propinquũ adducta discrimen puto autem mea non nihil interesse. quanq̃ id ipsum quod intersit: non sane intelligo.

Interest & Refert genitiuo adiungi solent omnium casualium: absq; pronominibus quinq;: pro quorũ genitiuis ablatiuos ponimus possessiuorum: ut Interest & Refert mea: tua: sua: nostra & uestra. Cui a quoq; infiniti possessiuum cum supradictis uerbis pro genitiuo primitiui ponitur. Pris. libro xii.

Interest nostræ laudis & ad nostrã laudem pro utile est: uel est magni ponderis. Tullius Lucio Luccio libro. v. epl. Equidem ad nostram laudem nõ multum uideo interesse: sed ad properationem meam quidem interest: nõ te expectare dum ad locum uenias. Idem ad Curionem: Quod eis scire: aut nostra aut ipsorum interesset.

Intrat urbem uel in urbem. Suetonius in Vesp. Aedem Serapidis submotis oib9 solus intrasset. Luc. li. viii. Nõ intrare suos infesto Cæsare port9. Tul. pro domo sua ad pontifices: In capitolium intrare.

Intus in naui & intra nauim. Cicero libro tertio de finibus: Vt ea quæ sunt intus in corpore. Plautus in Mercatore: Vbi eam uidit intus intra nauim. Poeta libro septimo æn. ait: Tali intus tẽplo: pro in tali templo: seu mauis datiuum esse.

Inuadunt illos & in illos. Sallustius in Catil. Tanti uis morbi atq; uti tabes: plerosq; ciuium animos in

uaserat. Et in iug. Milites iugurthini signo dato ca stra hostium inuadunt. Item in Catil. Tanta uis auaritiæ in animos eorũ uelut tabes inuaserat. Tullius pro Sex. Roscio: Accusant hi: qui in fortunas huius inuaserunt.

Inuide tibi gloriæ: gloriam: & gloria. Diom. Plaut9 item in Mostellaria inquit: Qui inuidẽt: ne unq̃ eorum quisq̃ inuideat prorsus commodi. Virgili9 in B. Liber pampineas inuidit collibus umbras Et li. iiii. æn. Ascanione pater Romas inuidet arces. Lu. li. vii. Inuidet igne rogi miseris. ¶ Dicitur etiã Inuideo tibi in hac re. Tullius pro Lucio Flacco: Purpuram tyriam: in qua tibi inuideo.

Irascor illi dolore & ob dolorem. Ouidius: Irascor uotis: heu leuis ipsa meis. Terentius in hecyra. Est ob eam rem iratus natus. Plautus in Mercatore: Nũc uos mihi irasci ob multiloquium non decet.

Iubeo te aliquid. Tullius ad Seruium Sulpitium: Non quæ te aliquid iuberent.

Iubeo te & tibi. Ter. in heau. Immo filium iube potius. Diomedes: Præcipio tibi: Iubeo famulũ. Macrobius sat. libro primo Et potitio ac pinario sacrorũ custodibus iussit: ne mulierem intreesse pmitterent: Lactãti9 th. primo Iusserat enim cadmo filio agenor: ut non nisi inuenta sorore rediret ad patrẽ.

Iubeo facias: iubeo dicas: hortor legas: ul' iubeo ut facias zc. utrunq; recte dicitur. Pris. xviii.

Iubeo te currere: iubeo tibi proficisci. Et impero tibi

uel te proficisci+præcipio tibi legere:& præcipio te legere:sic & similia recte efferimus+ Verbis enim præceptiuis:quibus datiui adiunguntur possum9 accusatiuos copulare infinitis consequẽtibus+Pris+ li+xviii+Syllius item li+i+inquit: Corpusq; superbo uictori spoliare negant+

Iubeor nõ dicimus:unde possit uenire iussus purtici pium+usurpauit tamen poeta li+x+Et socii cesserũt æquore iusso:pro ipsi iussi+Ita Serui9:Aitq; Horatium imperor usurpasse primo epistolarum & iube- ris+Tu tamẽ scito iubeor passim legi+Suet+i Tyb+ Facere iubebatur+Idem in Calig/ Quũ occidi iube rentur+Cicero li+iiii+rhet+ ad herennium: Tantum inter singula interualla spatii consumere iubemur Quisq; autem pluribus in locis ea leget & similia+

Iuro terram:mare:sidera+iuro quoq; per terram &c+ Vir+libro xii+Hæc eadem ænea terrã mare sidera iuro+Sapho Perq; nouẽ iuro numina nostra deas+

Iuuo te dicimus:olim tibi etiã+ Plaut+meus in cistel laria:Quando ita tibi iuuat:Vale atq; Salue+

L

LAboro causa uel de causa illius+tu laboras ex pedibus+Tullius pro Deiotaro: Laboro equi- dem regis Deiotari causa+ Ibidem:Sed tum de illo laboro:tum de multis amplissimis uiris+Item li+ix epl+ad papyrium:Quod ex pedibus laborares+

Lædo illum & illi quondam+ Luc+li+vii+ Læsisti su-

peros. Ter. in Adelph: Nulli lædere: arridere oib9.
Lætor luce uel de luce. Luca. libro viii. Lætatur honore rex puer insueto. Tullius p. M. Marcello: Nã lætari omnes: non de unius: sed de cõmuni salute: sentio. Ter. in Adel. Lætus est de amica.
Latet ueritas illum & illi quod rarius. Virgilius li. i. æn. Nec latuere doli fratrem iunonis & iræ. Lucanus item li. i. At mihi semper Tu quæcũq; moues tam crebros causa meat9: Vt superi uoluere lates.
Libero te cura uel a cura. Tullius libro tertio epl. Libero te ista cura. Itẽ libro primo tusc. Aut ægritudine aut metu liberentur. Item pro Sex. Roscio: Et supicione omni liberati sunt. Et pro. M. Marcello: A scelere certe liberati sumus. Et libro xiii. epl. Hunc ego a Cæsare liberaui.
Loquor tibi: loquor ad te: loquor tecum uerbis honestis: & honesta uerba. Ouidius libro primo de arte Ne dubites illi uerba secunda loqui. Suetoni9 in Claud. Etiam heroicis locutus est uersibus. Plaut9 in menechmis: Ad hominem aliquem loquar. Et in mercatore: Decide caput: si falsum ad te loquar. Vergilius li. ix. æn. Ad quem sic roseo thaumantias ore locuta. Ouidi9 libro primo de ponto: Et modo cum chara cõiuge multa loquor. ¶ Dic autẽ alloquor te uerbis amenis. Lucanus libro secũdo Alloquitur tacitos ueneranda uoce cohortes.
Lucet igne: lucet ex igne. Canace Ouidiana: Vt meus ex isto luceat igne rogus. Tibullus: Dum meus

assiduo luceat igne focus.

Ludificor illum: non illi. Terentius in eu Postq̄ ludificatus est uirginem. Ibidem: Tu me etiam hic Nebulo ludificabere? Plini9 li.vi.epl. Et sua & aliena mala ludificabantur. Plautus in Amph. Audes herum ludificarier. Item: Qui ludificas me. Dicit᷑ autem ludificor & ludifico ut comitor & comito.

Ludo aleam & alea. Suet. in Cæsare: Troiam lusit: turba duplex maiorum minorūq; puerorum. Et in aug. Aliquando ut uincat ludit assidue aleam. Item: uel talis: uel par impar ludere. Et in Claud. Alea studiosissime lusit. Plaut. in Mostel. Scis sole reillac ætate tali ludo ludere

Lugeo amicum & amico.. parcius tamen per ablatiuum. Tullius libro septimo epl. Sed mehercule & tum Remp. lugebam. Idem libro secundo Rhet. ueteris: Illa enim hostium mortem lugebat.

M

Maledico tibi & te. Maledico tibi id ē contra te dico male. Pris. xviii. Ego autem semper datiuo nunq̄ accusatiuo iunctum inuenio. Terenti9 in eu. Nescis cui maledicas. Tulli9 libro quinto epl. Armatus aduersario maledixi.

Manet tibi uel te pœna. Vir. li. ix. Tamen hæc eadē matriq; tuæ generiq; manebunt. Item: Et tibi pœna manet. Et libro sexto Te quoq; magna manent nostris penetralia regnis. Et ibi: Te turne nefas: te tristemanebit supplicium.

Medicor & Medeor te & tibi. Prisc. libro octauo Terentius item in And. Gnato ut medicarer tuo: Idē in Phorm. Quibus quum res aduersæ sient paulo mederi possis. ¶ Serui9 autē libro primo g. ait: Medeor illam rem figuratum esse. Plautus item in mostel. Habe bonum animum: ego istum lepide medicabo metum. Virg. libro primo g. Semina uidi eqdem multos medicare serentes.

Memini lectionem & lectionis. Et de hac re Virgilius in B. Numeros memini si uerba tenerem. Idem libro quarto æn. Nec meminisse pigebit elissæ. Suetonius in Cæsare: Meminerunt huius coniurationis. Cicero ad Metellum li. v. epl. De illo meminisse quidē nolo. Et pro. L. Flacco: De ui: de manu: de armis de copiis memineritis.

Memini memoriter & memoria. Plautus in captiuis Hem istuc si potes memoriter meminisse: inest spes nobis in hac astutia. Ibidem: Facile memoria memini.

Memini uidere & memini uidisse legimus. Teren. in and. Forma bona mēini uidere: quo æquior sum Pamphilo. Vir. li. g. iiii. Memini me turribus altis Coricium uidisse senem. Plin. item li. ii. epl. Ita certe ex Quintiliano p̄ceptore meo audiuisse memini Fa. li. x. Memini narrasse mihi iuliū secundum.

Mereo & mereor idem significant. Pris. viii.

Mereo uel mereor de te uel erga te aliquid. Et mereo uel mereor te de aliquo. Vir libro iiii. Sin aliqd de

te merui· Ter·in Hecyra: Quæ nunq̃ erga me qcq̃ cõmerita est· Ibidem: Nam meritus id de me est· Cicero circa Lælii finẽ: Multo melius de quibusdã acerbos inimicos mereri: q̃ eos amicos q dulces uideantur· ¶ Demereo & demereor accusatiuũ postulant cum ablatiuo· Ouidius in epistolis Crimine te potui demeruisse meo· Et Fabius pleniore obseqo demererer amantissimos mei· ¶ Mereo de te ẽt in malã partem· Plautus in menechmis: Quid de te merui: qua me causa perderes·

Mereo ære & æra dicimus: quoties ad militiam refertur· Suet·in Tito: Tribunus militum & in Germania: & in Britania meruit· Lucan9 libro decimo Aere merent paruo· Ouid·libro primo de amorib9 Iussit & in castris æra merere suis· Ibidem: Nec uenus apta feris Veneris nec filius armis: Non decet imbelles æra merere deos·

Mæret ille mortem uel morte amici: id est tristatur aut dolet· Tullius ad Terentiam li·xiiii·epl· Sed mæreo casum eiusmodi· Fab·itẽ li·iii· Qui hostis mortẽ mærebat· Ser· Sulpitius ad Ciceronem de morte filiæ: Da hoc illi mortuæ: da cæteris amicis ac familiaribus: qui tuo dolore mærent·

Metuo tibi·i·ne quid tibi mali eueniat· metuo te·i· formido· Sic etiam metuo a te mortem: uel de morte· Terent·in and·Ei metui a Chryside· Et in eu· Metuebant omnes iam me· Tullius ·P· Lentulo li·v·epl· Et a me insidias metuunt· Plautus in me

nechmis: Iam abs te metuo de uerbis tuis.

Minor septem annorum & septem annis. Varro libro primo c.xvii. Operarios parandos esse: qui laborem ferre possint: ne minores annorum uiginti duorum & ad agriculturam dociles. Suetonius in secundo prætorum teste Priscian. li.xviii. Minor. xxv. annorum stipulari nõ potest. Fabius libro primo Qui minores septẽ annis essent. Plinius libro primo epl. Est enim minor pauculis annis. Sic etiã Maior construes.

Miror illum. illius & illo. Vir. i. æn. Miratur portas Et libro. xi. Iustitia ne prius mirer: belli ne laborẽ: Vbi inuenitur etiam iustitiæ ne prius mirer: quod est aptius auctore Prisc. libro xviii. Seruius quoq; hoc loco ait: Miror illius rei: & regno illius rei: esse græcam figuram. Vnde Horatius libro tertio car. Et qua pauper aquæ Daun9 agrestium Regnauit populorum. Antiqui uero textus Regnator habẽt non regnauit ut uult Seruius. Quod autem dicatur etiam Miror illo auctor idem Virg. libro decimo dicẽs: At rutulum abscessu iuuenis: Tum iussa superba miratus.

Misereor tui & tibi. Prisc. li. viii. Diomedes etiam datiuo iungit: ubi ait: Moderor & misereor tibi. Seruius autem quarto æn. rectius dixit misereor genitiuum tantummodo regere ubi Dido ait: Miserere sororis. Ego enim hactenus cum datiuo nec repperi: nec inueni apud auctores egregios: Plautus ẽt

ait in captiuis: Neminis misereri certum est: quia mei miseret nemo. Vbi est etiam aduertēdum antiquo more nominatiuum pro accusatiuo posuisse.
Miserescimus illius & miserescit nos illius. Virgili9 secundo æn. Et miserescimus ultro. Terētius in he Inopis te nunc miserescat mei.
Mitto tibi & ad te nuntium. Ouidius lib. i. de ponto Hoc tibi de getico littore mittit opus. Plaut9 in milite: Mittam nuntium ad te: ne me deseras Idem in Trinummo: Meus gnatus me ad te misit.
Mixtus illis: cum illis & in illis. Luca. li. vi. Turbæ sed mixt9 inerti. Serenus: Aut cruor ex progne mixtus cum polline turis. Virgilius libro quinto Crassumq; cruorem Ore reiectantem: mixtosq; in sanguine dentes. Ouidius item ait libro quarto Met. Quæ sanguine mixta recenti: Coxerat ære cauo.
Moderor te & tibi. Suetoni. in Aug. Nec successum uictoriæ moderatus est. Sallustius in Catil. Fortuna cuius libido gentibus moderatur. Tullius pro M. Coelio: Quod & pudor tuus moderatur orationi meæ: Luc. libro decimo Sideribus quæ sola fugā moderantur olympi.
Moneor hanc rem & de hac re. Tullius circa Lælii finem: Nec ea: quæ ab ea monemur audim9. Et de responsis haruspicū: De quo ipso nunc monemur.
Morior ense & ab ense. Lucanus libro decimo Quis nollet ab isto ense mori?
Mutuo & Mutuor idem significant: sicuti fœne-

ror & fœnero ut diximus. Seneca enim eplá. lxxxii inquit: Quanto hilarior est qui soluit: q̃ qui mutu at zc. idest qui mutuo accipit. Priscianus etiam li. viii. scribit: q multa ancipiti terminatiōe in una ea demq; significatiōn protulerunt antiqui: ut partio & ptior. meridio & meridior. mutuo & mutuor zc. Quod quidem & Isidorus non ignorauit. ait enim libro. xx. capitu. septimo sic: Sed utrum latini a grecis an græci ab latinis hæc uocabula mutuassent: incertum est. Laurenti9 Vallensis uir pfecto in omnibus suis cultissimus: & linguæ latinæ diligētissimus aliter edocet: præter suum morem nulla ibi ueterum monumenta in testimonium præbens. Est enim secutus quēdam superioris ætatis: ut animaduerti: scriptorem minime cultum & fidedignum. latius tamen hæc omnia in lima uallensi apparent.

N

Nauigat ille æquor & per æquor dicimus: & nauigat æquore. Ouidius Fast. ii. Nauiget hinc alia iam mihi linter aqua. Virg. li. i. Gens inimica mihi tyrrhenum nauigat æquor. Vbi Seruius ait esse græcam figurā. Nos enim dicimus per æquor nauigat. Similiter li. xii. Terram mare sidera iuro: cum latinitas exigat: ut addatur præpositio.

Natus octo annos dicitur. i. ante octo annos. ¶ Dicitur item natus ad annos octo. Gelli9 li. xvi. erat puer genere acticus ad annos maxime nat9. viii. Tul

lius item pro Aulo Cluentio. Cum annos ad quin-
quaginta natus esset. ¶ Natus quoq; annis octo la
tine dicit. Valerius li. v. de gratitudine Syllæ: Me
mor ab eo duo de uiginti annis nato partes suas ex
ercitu paterno adiutas Plynius li. vii. c. lii. Xeno-
philum musicũ ducentis & quinq; annis uixisse si
ne ullo corporis incommodo.

Nitor hastæ: hasta: & in hastam: Nitor ad hanc rem
Virg. lib. sexto Ille uides pura iuuenis qui nititur
hasta. Fabius libro primo Alti9 tamen ibũt: qui ad
summa nitentur.

Nuntio patri uel ad patrẽ. Plautus in captiuis: Nũ-
quid aliud uis patri nũtiari. Ibidem: Præcipe quæ
ad patrem uis nuntiari. Et in bacchidib9: Teq; ad
patrem esse mortuum renũtiem. Et in mostel. Vti-
nam nunc meus mortuus pater ad me nuntietur.

Nuptum dabitur filia & nuptui. Terentius in And.
Datur ne illa pamphilo hodie nuptum? Plaut9 in
Casina: Vt detur nuptum nostro uillico. Valerius
lib. quarto. c. iiii. Taceo enim ꝙ princeps ciuitatis
filiam ei nuptui dedit. Et paulo inferius: Ac puel-
lã nuptui dedit.

Nupta illi & cum illo. Luc. li. x. Nam latio iam nu-
pta duci est. Terentius in phor. Natam inueni nu
ptam cum tuo filio.

O

O Nominatiuo: actõ: & uocatiuo adiungitur. Ci-
cero pro. L. Flacco: O nox illa. Virgilius in Bu.

O meliboee: deus nobis hæc ocia fecit. Tullius pro Quinto Ligario: O clæmẽtiam admirabilem: atq; omniũ laude: prædicatione: litteris: monumentisq; decorandam. Virgilius li. ii. g. O fortunatos nimium sua si bona norint agricolas. Sed aduertendũ ut auctor est priscianus li. xv. q; O diuersas habet significationes. Est enim uocandi uel optandi aduerbium. Vt: O regina nouam cui condete Iuppiter urbem. Et ibi: Adsis o tantum: & propius tua numina firmes. Est etiam O interiectio indignandi: dolendi: admirandi. Cicero libro primo inuectiuarum: O tẽpora o mores. Virgilius lib. x. O dolor: atque decus magnum rediture parenti. Iuuenalis: O qualis facies: & quali digna tabella Quũ getula ducem portaret bælua luscum: id est Annibalem.

Obeo mortẽ uel morte: & ille obiit. Suet. in Clau. Pleriq; mortẽ obierant. Et in ues. Ibiq; diem obiit. Te. in And. Is obiit mortẽ. Suet. in Aug. Morte obiit. repentina. Et in uitel. In cõsulatu obiit.

Obhorret illud: non autem ab illo. Sueton. in Aug. Distortos obhorrebat.

Obiurgo filium ueteres dicebant: nos autem obiurgo filio. Diome. Vtq; Festus edocet: obiurgatio est post turpe factum: Castigatio uero monitio est ante commissum.

Obliuiscor amoris & amorem. Virg. iii. Oblitus uersui est ithacus. Et li. ii. Quisquis es: amissos hinc iã obliuiscere graios. Plautus in casina: Non sum ob-

litus officium meum. Vt autem Caper ait: oblitus ne sis nostri: non nos dicendum.
Obſecro hunc illud. Tul. pro L. Quintio: Itaqꝫ hoc te obſecrat.
Obtrecto illi & illum. rarius tamen per accuſatiuũ. Sueto. in Tyberio Cermanico uſqꝫ adeo obtrectauit. Et in caligula: Cõmodis obtrectaret. Tulli9 de laudib9 magni: Qui huic obtrectant legi. Et libro iiii. Tuſc. Obtrectare uero alteri zc. Valerius li. vii in titulo de ſapienter dictis: Quod ſtultum & inutile ſit eas obtrectare uires: quas ipſe foueris.
Obtrectat contra ſententiam tractat. F
Occumbit neci uel necem. Virgilius libro ſecundo. Seu certæ occumbere morti. Suet. in Aug. Voluntariam occubuiſſet necem.
Occurrit mihi uel ad me. Luc. li. viii. Occurrent monumenta tibi. Ter. in phor. Puer ad me occurrit.
Oleo ungentum & ungẽto. Cicero in añtm: Vinum redolentibus. Plautus in moſtel. Metuo ne oleant argentum manus. Ouid. Perqꝫ locos ſacros: & olentia ſulphure fertur. Virgili9 Redolentqꝫ thymo fragrantia mella: Thymo redolent dicendum: nõ thymo fragrantia: ut Diomedes ait.
Onero te libris uel tibi libros: quod parcius. Teren. in And. Remittes iam me onerare iniuriis. Maro primo æn. Vina bonus quæ deinde cadis onerarat ceſtes.
Oppetere eſt ore terram petere. i. mori.

Oppetit & terram oppetit dicimus. Seruius. i. Aen. Tullius itẽ libro. i. off. ait: At Aiax quo animo traditur milies oppetere mortem: q̃ illa perpeti ab alio maluisse.

Opus est illi ars: artis: & arte: de hac re & in hac re. Cirero libro secundo epl. ad Curionem: Dux nobis & auctor opus est. Cæsar cõmentario. i. de bel. gal. Siqd ipsi a Cæsare op9 est. Terẽ. in heau. Alia quæ opus sunt comparet. Ouid. libro ii. de arte: Nec minor ẽ uirtus q̃ quærere parta tueri. Casus inest illic hic erit artis opus. Tul. libro. ix. eplarnm: Auctoritate tua nobis opus est: & consilio: & ẽt gratia. Et libro. vii. epistola ad Volumniũ: Opus est huic de limatulo & polito tuo iudicio. Et libro xiii. ad Seruium Sulpitium: Siqua in re opus ei fuerit: iuueris.

Oriundus est perusia uel a perusia. Oriundus est ab Achille: id est originem trahit. Vrbibus præpositio additur: uel non additur: personis uero addẽda semper. Titus Liuius: Nati Carthagine: sed oriundi a Syracusis. Idem: Alba oriũdum sacerdotium. Idẽ: Ab Vlysse deaq; Circe oriundus.

Oro te uel a te ueniam. Oro etiam tibi olim. Ter. in heau. Primum hoc te oro. Vir. li. xi. Veniamq; oremus ab ipso. Plautus in Amph. Nunc hoc me orare a uobis iussit pater. Ter in phor. Ad precatorem abeam credo: qui mihi sic oret.

P

PAlpat illum & illi. Iuuenalis: Quem munere palpat Carus. Plaut⁹ in Amph. Obſeruatote q̃ blande mulieri palpabitur. Dicitur autem palpat: & palpatur: uti populat & populatur.

Parce metu: dimitte metũ. quomodo dicimus parce uerbis: parce iniuriis.

Parco peccatis tuis dicendum: non autem parco peccata tibi. Sic etiam parco peccatis petri: non autem peccata petro. Plaut⁹ in pſeudolo: Duorum labori ego hominum parſiſſem lubens. Suetonius in Tyberio: Neq; tormentis: neq; ſupplicio cuiuſq̃ pepercit. Item in oratione illa: Et confitentium tibi parce peccatis. Quum uero accuſatiuo iungitur: ſeruare ſignificat. Virg. lib. x. Aen. Argenti atque auri memoras q̃ multa talẽta gnatis parce tuis. i. ſerua.

Participo illum auri uel de auro. uel auro Plaut⁹ in Ciſtel. Paternum ſeruum ſui participat conſilii. Et in milite: Nam ille nõ potuit: quin ſermone ſuo aliquem familiarem participauerit de amica. Apuleius li. ix. ibiq; ſtatim meum dominum comis hoſpes pipari prandio participat.

Paſcit ouis herbam: herba paſcit ouem. Tu paſcis ouem. ſale. Ouidius Faſt. i. Pauit ouis pratũ. Lucanus quarto En nobile corpus paſcit aues: nullo cõtentus Curio buſto. Virg. libro tertio Aen. Et uulſis paſcũt radicibus herbæ. Naſo in Ibin: Aerias uolucres corpore paſce tuo.

Pascor hanc rem & hac re. Virgi. libro secundo Aen. Et miseros morsu depascitur artus. Idem libro tertio. g. Pascuntur uero syluas. Idem in B. Frondibus hirsutis: & carice pastus acuta.

Pasco & pascor unius sunt significationis: li. iii. Ge. Atque artus depascitur arida febris. Item. ii. æn. Et miseros morsu depascitur artus. De pasco/ & pascor ēt in lima uallensi plura.

Patrocinor illi dicendum. Fabius libro secundo Sicut non nomini patrocinemur: sed crimini. Terent. in phor. Vos me indotatis modo patrocinari: fortasse arbitramini: etiam dotatis soleo.

Paueo mortem uel morte. Luc. lib. iii. Quumque alii famæ populi terrore pauerent. Ibidem: Pauet ipse sacerdos accessus. Et libro vii. Ne pugnam tyro paueret. Naso prio de arte: Dixit: & e curru ne tigres illa paueret Desiliit.

Pœnitēs facti uł de facto. primo modo participium est: secundo uero nomen. Suetonius in uitel: Non multo post pœnitens facti. Et in Claud. Pœnitentis de matrimonio Agrippinæ.

Pepigi tibi idest promisi: pepigi tecum idest pactus sum. Suet. in Cæs. Epetitoribus non alios adiuuare: aut ad honorem pati peruenire: q̄ qui sibi pepigissent ꝓpugnatores absentiā suā. Ibidē: Cū aduersariis aūt pepigit: ut dimissis octo legionibus zc.

Percontor illum hanc rem & ab illo. Horatius in epistolis: Et percontabere doctos. Teren. in And. Sed

quos pconter uideo. Plautus in pseudolo: Sunt: quæ te uolumus percontari. Idem in persa: Percontare ex ipsis: ipsæ tibi narrabunt. Ibidem: Sic nos ex te percontabimur: aut patriam tuam: aut parentes. Tullius libro secundo rhet. Ab aduersariis percontabitur accusator.

Perit uulnere & ex uulnere. Suetoni9 in Cæsare: Alius alio casu periit. Et in Aug. Quũ Hircius in acie: pansaq; post ex uulnere periissent.

Perit illam & illa. Plautus in pœnulo: Earum hic alteram efflictim perit. Et in Truculento: Tres unã pereunt adolescentes mulierem Idem in mercatore: Efflictim perit eius amore.

Perlabitur undas: figura est. quo enim modo nos dicim9 per præpositionem nomini copulatam sequẽte uerbo: antiqui uerso ordine per præpositionem detractam nomini: iungebant uerbo. ita tamen ut esset una pars orationis: hinc faciebant honestam elocutionem. Nos enim dicimus per undas labit᷑: Illi perlabitur undas dicebant. Item per forum curro: & percurro forum: Seruius libro primo Aen.

Permaneo his & in his. priscianus. xviii.

Pertesus illius & illum. Macrobius libro primo de som. Pertesus necessitatis. Et in Augusto: Pertesus ut scribit morum peruersitatem eius. Item in Cæsare Et quasi pertesus ignauiam suam.

Pertinet in hanc rem uel ad hanc rem dicimus. Fabius lib. vii. Pertinet in utranq; partem. Martialis

Hoc ad te pertinet olle.
Peto tibi: id est pro te. Virgilius libro nono. Aut qd petis istis id est p ro istis.
Petit librum a me dicitur. Suetonius in Cæsare. Nisi ab exercitu auxilium petissem. Ter. in phor. petito a me hasce decem.
Piget me illius: piget etiam me illud olim. Terenti9 in heau. Neq; se id pigere. Naso uidetur datiuo iũxisse ut quidam uoluit libro secũdo Met. Sors mea principiis fuit irrequieta: Pigetq; actorum sine fine mihi: sine honore laborum. Sed re uera sec9: est enim ordo huiusmodi: Piget scilicet me laboꝝ actorum mihi sine fine: sine honore.
Poscit te uestem uel a te: & poscit tibi. i. p te. Oui. lib. v. M. Et noie quenq; uocato poscit opem Luc. lib. iii. Vxor & a charo poscet sibi fata marito Fab. lib. ix. Posco hæc mihi. i. pro me. Dicitur item Exposco a te laudem. Suetonius in Claud. A consulibus exposcerent. Cæsar libro ii. de bel. ciuili. Et ante simulacra proiecti uictoriam ab his exposcerent.
Postridie posteriore uel postero die. sicut pridie: priore die Priscianus libro. xviii.
Postridie illius diei dicitur: & postridie q̃ a uobis discessi Tul. libro. iii. epl. Hæc scripsi postridie eius diei: quum castra haberẽ in agro mosestiæ. Cæsar itẽ cõment. i. de bel. Gal. Postridie eius diei zc. Cicero lib. xiiii. epl. Postridie intellexi q̃ a uobis discessi.
Postulo te repetundarum: postularis item repetun-

darum. Suet. in Cæs. Cornelium Dolobellã: consularem: & triumphalem uirꝝ repetundarum postulauit. Et in Aug. Qui postulabatur iniuriarum.

Postulo te præsidium uel a te. Sallusti9 in Catil. Ab lentulo: Cethego: Statilio: item Cassio: postulabant iusiurandum. Tullius de responsis haruspicũ. Nisi a Senatu præsidium postulassent.

Postulo a Flagito differre ostendit Tullius pro. P. Quintio ait enim: Tamen quia postulat: non flagitat: præteribo.

Post paulo & post paulum dicimus. Sallust. in Catil. Post paulo Catilina pecuniarum repetundarũ reus prohibitus erat consulatum petere. Ibidem: Post paulo ipsi trahebant̃: Cæsar libro primo de bel. Ciuili Post paulo tamen internuntiis ultro citroqꝫ missis. Legito latius in dictione Ante paulum.

Potior illius rei: illam rem & illa re. Cicero libro secũdo inuectiuarum: Rerum potiri uolunt: Gelli9. li. vi. c. ult. Sed oẽm illam postea librorꝝ copiam xerxes athenarũ potitus/urbe ipsa præter arcem incensa/abstulit/asportauitqꝫ in persas. Terent. in Adel. Ille alter sine labore patria potitur commoda. Ibidem: Hic potitur gaudia. Plautus in Amph. Vt salui potiremur domũ. Virg. libro primo Egressi optata potiuntur troes arena.

Pugno tibi & tecum. Helena ad paridem: Dum nouus est etiam coepto pugn9em amori.

Pudeo: pœniteo: pigeo: misereo. antiqssimi dicebãt:

ut priſcianus edocet·li·vi·xii·car· Plautus item in
Caſina inquit:Ita nunc pudeo:atq; ita nunc paueo
Luca·quoq; libro viii·Metuit quē ſæua pudebunt
Terentius in Adelph·Hei mihi non te hæc pudēt·
Pudet me illius & illud dixere quōdam ·Plautus in
Aſinaria: Tui me uxor pudet· Terent·in And·Ni-
hil illos pudet· Tullius pro Archia poeta:Me autē
quid pudeat·Martialis item libro·iiii·Nulli Thai
negas:ſed ſi te non pudet iſtud·hoc ſaltem pudeat
Thai negare nihil·Cicero quoq; libro primo de o-
rat·ait:Quem uero non pudet id: quod in pleriſq;
uideo ꝛc·Plautus in Caſina puditum dixit·ibi ſci-
licet:Pudet ꝙ prius nō puditum unquam eſt
Purgo me hac re & de hac re·Syllius libro ix·Et pur
gant pectora culpa· Terētius in heau· Sed heus tu
purgen ego me de iſtac Thaidi· Tullius libro·xii·
epl· Quod te mihi de ſempronio purgas· accipio
excuſationem·
Plenus uini & uino·Terentius:plenus rimarū ſum
Tullius in ſen·Plenus fidei ꝛc·Virgilius libro·iiii
G·Crura thimo plenæ·Et alibi: Plenamq; ſagittis
threiciis pharetram·
Pluit uel ſanguis uel lapis:pluit ſanguine & lapidi-
bus·pluunt lapides in nominatiuo ſcilicet·Et deus
pluit aquam· Tibullꝰ li·ii· Multus ut in terras de
plueritq; lapis·Statiꝰ·viii·th·Saxa pluūt·Plin·li·
ii·Præter hæc inferiore cælo relatū in monumēta
eſt:lacte & ſanguine pluiſſe· Ibidem:Effigies quæ

pluerat:spongiarum fere similis fuit. Iterum: Late ribus coctis pluisse in ei9 anni acta relatū ē. Plau. in mostel. Venit imber: lauat parietes: perpluūt. ti gna putrefacitq; operam fabri. Ibidem: Quā mihi amor & cupido in pectus perpluit meum.

Pluitur & Ningitur usus est Apulei9 li.. i. floridorū

Præcedo illū. Tu præis isti. Suet. in Domit. Præce- derent eum. Cæsar com. i. de bel. gal. Eluetii quoq; reliquos gallos uirtute præcedunt. Luc. li. iii. Letū præcedere nati. Suet. in Claud. Populo præiret.

Precurro aduentum tuum dicitur: Plinius libro. vi. epl. Precurrete aduentū meū in Cāpaniam posses.

Præstans uirium & uiribus dicitur. Vir. li. xii. O præ stans animi iuuenis. Quem uersum ab Ennii libro octauo sumpsit: ut scribit Macrobius. Et alibi: præ stantes uirtute legit.

Præstat melius est: ut libro. iii. æn. Præstat trinacrii metas lustrare pachini. Estq; sermo per se plenus. ut ibi quoq;: Sed motos præstat cōponere fluctus.

Præsto illi & illum. Teren. i n eu. Dii immortales ho mini homo quid præstat? Virgi. li. xii. Ibo animis contra: uel magnum præstet Achillem. Cicero li. i. de orat. Multū cæteris hominibus omniū gētium præstiterunt. Et in lælio: Nanq; hoc prestat amici tia propinquitati zc.

Præuenio illū dicimus. Suet. in Cæs. Talia agētem atq; meditantem: mors præuenit. Lu. libro quarto Et ad montes tendentem præuenit hostem.

Precor ab ioue & Iouem. Diom.
Precor te hanc rem & a te: quandoq; tibi dixerunt. Luc. li. ii. Dux etiam uotis hoc te fortuna precatur Fab. li. ix. Quod precatus a diis immortalib9 sum Valerius Maximus lib. i. A qbus bona precamur Vir. in æn. Cui me fortuna precari impulit. quod. antiquum est: ut oro tibi: & decet mihi.
Precor tibi: id est pro te uel contra te. Fabius libro. i. Permittamus uela uentis: & oram soluētibus bene precemur. Lucanus libro viii. Quid tibi sæua precer pro tanto crimine tellus?
Præstolor te & tibi. Terent. in eu. Quem prestolare parmeno. Plautus in Casina: Te ecastor præstolabar. Cicero libro primo inuectiuarum: Qui tibi ad forum Aurelium præstolarentur.
Præter actō iungitur semper: quandoq; etiam ablatiuo sed tunc pro sine accipitur. Sallustius in Catil. Præter rerum capitalium condemnatis.
Pridie genitiuo & accusatiuo iunctū inuenies. Tul. libro primo epl. ad Lentulum: Iam illam sententiā Bibuli: de tribus legatis pridie eius diei fregeram9. Idem libro secundo epistola ad M. Coelium: Proficiscebar inde pridie nonas quintiles.
Prope te & ad te dicitur. Seneca epistola. xiiii. Prope est ad te deus: tecum est: intus est.
Prò ntō seu utō iungitur & actō: quum interiectiōis loco ponitur: nec aspiratur aliquo pacto: sed circūflectitur. Sallustius in Catil. Prò deum atq; homi-

num fidem. Terenti9 in Adel. Pró dii immortales Virgilius libro quarto. Prò Iuppiter ibit hic ait.
Propinquo tibi dicendum. Virg. li. v. Iamq; propinquabant ſcopulo.
Propior propius & proximus datiuo & accuſatiuo iuncta legi. Virgilius libro. ii. g. Aut quos Oceano propior gerit india lucos. Et li. iii. Et faciem tauro propior. Salluſtius in Iug. Ipſe propior mõtem cũ omni equitatu: & peditibus delectis ſuos collocat. Cicero ad Atticum: Propius grãmatico acceſſi. Virgilius libro primo g. Propius ſtabulis armenta tenerent. Salluſtius in Catil. Quod tam uitiũ propius uirtutem hæreat. Idem in Iug. Propius mare Aphricanum agitabant. Tullius pro. Q. Ligario: Homines enim ad deos: nulla re propius accedũt q̃ ſalutem hominibus dando. Et in ſenectute: Ad eam propius aſſum. Item libro primo de orat. Et ad ueritatem uitæ propius accedere. Et libro de natura deorum ait: Aliæ propius a terris: aliæ remotius zc. Item: Infra autem hanc: propi9 a terra Iouis ſtella fertur. Virgilius. li. v. Proximus huic: longo ſed ꝓximus interuallo. Sall. Proxima Carthagini loca. Cicero in Piſonẽ: Proximus Pompeium ſedebam. Item pro Milone: Proxime deos acceſſit Clodius Et li. iiii. epl. Quũ ꝓxime romã ueniſti. Idem in Lælio: Qui ad ſapientiã ꝓxime accedunt. Oui. in arte: Proximus ad dominã nullo prohibente ſedeto. Hircius li. vi. de. bel. Hiſp. inquit: Vſq; eo: ut

cædẽ proxime a uallo fecerint.

Propugno tibi & te. Statius libro secundo th. Hosti li propugnas pectora barba. Prisc. xviii.

Prospicio tibi & te. Virgilius primo Et alto prospiciens. Item libro sexto Prospexi Italiam summa sublimis ab unda. Terentius in hecyra: Tibi prospexi Et in eu. Malo ego nos prospicere: q̃ hũc ulcisci accepta iniuria. Lucan9 libro nono Iustas sibi nostra senectus prospiciat flammas.

Prospicio illi: illũ & in illum. sicut & græci: nos dicimus Prisci. xviii.

Prosum datiuo & accusatiuo cum ad iungitur. Penelope: Sed mihi quid ꝓdest uestris disiecta lacertis Ilios. Plinius lib. ix. c. xxi. Halium ad multa ruris præcipue medicamenta prodesse creditur.

Q

QVæro illum: quæro a te librum. Virg. Quem quæritis adsum. Terentius in heau. Suspicionem istam ex illis quære.

Queror te: tecum & tibi: pro apud te. Virg. in B. Dũ queror & diuos. Naso. Me. i. Cum Ioue uisa queri Iuuenalis sat. ii. Nec quereris patri:

Queror ex te uel de te multa. Tullius pro Sex. Roscio: Qui queri uelit ex his quos cõstat affuisse Briseis achilli. De domino pauca uiroq; querar.

Quiesco ego aliter dicitur: & aliter quiesco seruum: id est quiescere facio. Virgili9 in B. Et mutata suos

requierunt flumina cursus. S.

Qui quæ quod relatiuum substantiæ: & antecedēti & consequenti substantiuo coniungi potest: uł pro prium uel appellatiuum sequatur. Quod Seruius aliter edoce ut infra ostendam. Valerius Max. li. secundo Antea senatus assiduam stationem eo loci peragebat: qui hodie senaculum appellatur. Virg. libro. viii. Hinc lucum ingentem: quem Romulus acer Asylum rettulit: & gelida monstrat sub rupe Lupercal. Sallustius: Est locus in carcere quod tullianum appellatur. Plinius: In coitu uero lunæ: qđ interlunium uocant: quū apparere desierit zc. Cæsar libro vii. de bel. Gal. Protinusq; alexiam: quod est oppidum Mandubiorum: iter facere cœpit. Et libro tertio de bel. Ciuili: Ad eum locū: quæ appellatur Pharsalia. Tullius pro. P. Sextio: Tum conuenticula hominum: quæ postea ciuitates uocauerunt: Tum domicilia coniuncta: quas urbes dicimus. Et libro. vi. de rep. Homines enim sunt hac lege generati: qui tuerētur illum globum: quem in hoc templo medium uides: quæ terra dicitur. iisq; animus datus est ex illis sempiternis ignibus: quæ sidera & stellas uocatis. Q. Curtius li. iiii. in dextro cornu locati sunt equites quos agmina appellant. Seruius autē libro. i. æn. ibi: Est in secessu zc. inqt. Et est sciendum quoties præmittimus nomen cuiuslibet generis & interposito nomine sequit̄ nomē cuiuslibet generis: medium illud pronomē proprii

nominis genus sequitur. Vt Sallust. Est in carcere locus: quod tullianum appellatur. Ecce proprio iũxit non appellatiuo: Tullianum enim propriũ nomen est: carcer appellatiuũ. Si autem utraq; nomina appellatiua fuerint: licenter cui uolumus respõdemus. Hæc ille. Superiores autem auctoritates id secus esse demonstrant: ergo sequendæ

R

r Ecessit mihi & a me dicitur. Vir. libro secundo Aen. Quid furis? aut quonam nostri tibi cura recessit? Aemilius probus in uita Alcibiadis. Neq; tamen a charitate patrie potuit recedere.

Recipio me romam & ad romam: ad meos & in castra. Hircius li. iiii. de bel. Alex. Victor se Brundusium incolumi exercitu & classe recepit. Ibidẽ: Ex concione se Cordubã recepit. Item libro. vi. de bel. Hisp. Et ad Cordubam se recepit. Ibidem etiã ait: Proximo se recepit castello. Et libro v. de bel. Aph. Se ad suos recepit. Ibidem: Se recepit in castra.

Recordor huius rei: hãc rem & de hac re. Cicero philip. ii. Recordare igitur illum. M. Antoni diẽ: quo dictaturam sustulisti. Idem pro plantio: Q m̃ istis uestris lacrimis: de illis recordor: quas pro me sæpe & multũ ꝓfudistis. Idẽ li. off. ii. Vbi docet nihil utilius q̃ amari: recordor pro commemoro posuit. ait enim: Externa libẽtius in tali re q̃ domestica recordor: quod etiam pro reminiscor accipi potest.

Redolet hac re & hãc rem. Virg. li. iiii. g. Redolẽtq;

thymo fragrantia mella. Valerius Flaccus lib.iii.
Et arcano redolentem nectare rorem.
Refert utile est: Ter.in heau. Si certum est tibi sic facere: illud permagni referre arbitror.i.utile esse
Refert diuerso modo utuntur auctores. Iuuenalis: Quid refert dictis ignoscat Muci9: an non? pro qd tum: seu quid differt? Terẽtius in eu. Mea nihil refert dum potiar modo .i. ego nil curo. Et in phor. Mihi paratæ lites: qd mea refert? illa quidẽ nostra erit Ibidem: Quid tua malũ id refert? Magni: idest quid tibi id malum facit? Multum. Plautus in sticho. tua quod nihil refert ne cures.
Regno dtõ iungitur: qñq; etiã gtõ. Horatius: Et qua pauper aquæ Daunus agrestium regnauit populorum: pro agrestibus populis. Vide tamen latius in dictione Miror.
Reminiscor illius & illum. Ter.in hecyra: Sed quũ orata eius reminiscor. Vir. Dulces reminiscit agros
Respice mihi.me & ad me. Plautus in Bacchibus: Tace modo: deus secũdus respiciet nos aliquis. Et in captiuis: Respice ad me. Item in casina: Respice modo ad me. Achontius Cydippe: Respice ad euẽtus. Per datiuum parcius. Apuleius.li.iiii. Respicio pilæ mediæ quæ stabuli trabes substinebat.
Respondeo tibi hæc uel ad hæc. Terẽt.in And. Iam tu hoc responde mihi. Tullius pro.M. Coelio. Si mihi ad hæc acute arguteq; responderit. Manilius libro quinto ait: Sic etiam magno quædam respondere mundo. quod quidem siita est cunctis in tex-

tibus Declinauit respondo dis: ut feruo is. & ferueo ferues.

Rogo te ul' a te illud. Tullius libro v. epl. Hoc te uehementer etiam atq; etiam rogo. Et li. iii. ad Memmium: Nunc a te illud primum rogabo: Lucan9 li. ix. Affectus a te ueteres: uitamq; rogarem Magne tuam. Sallust. in Iug. A Metello petendi consulatum gratia missionem rogat.

Rus eo dicimus: rure suum ul' ruri. Venio rure & de rure. Domi sum & in domo. Terentius in eu. Dum rus eo. Tibullus li. ii. O ualeant fruges: ne sint modo rure puellæ. Ter. in phor. Ruri sese continebat. Tul. pro Sex. Roscio: Hunc ruri esse patiebatur. Suetonius in nerone: Rure quondam reuertenti. Ter. in hecy: De rure huc aduenit. Fabius li. v. In domo furtum T factum ab eo: qui domi fuit.

S

SAnus mentis & mente dicitur. Plaut9 in trinũmo: Satin tu sanus mentis aut animi tui.

Sapio pro scio. Plaut9. in pseu. Ego meã rem sapio. Dicitur quoq; absolute. Idem ĩ pœnulo: Hic homo sapienter sapit. Ouid. itẽ in remediis: Qui sapit in numeris moribus aptus erit. ¶ Sapit itẽ saporẽ habet: ut Massa panis sapit Saccharon. Iuuen. sa. xi. Qui meminit calidæ sapiat quid uulua popinæ.

Saturo te illius rei & illa re. Plaut. in sticho: Hæc res uitæ me soror saturãt. Varro li. ii. de re rustica: Dũ

agnoscant matrem agni:& pabulo se saturant.
Sibilat &me sibilat dicitur.Horatius sat.i.Populus me sibilat:at mihi plaudo ipse domi:simulac nummos contemplor in arca.
Silet iste bisquinos dies & bisquinis diebus dicitur. Ser.ii.æn.ubi ait poeta:Bisquinos silet ille dies.
Seruio seruitutem olim dicebant & seruituti. Fabi9 libro septimo Aut ut antiqui dixerunt:qui seruitutem seruit.Plaut9 autem ait in cap.Sed is priuatã seruitutem seruit illic an publicam.Et in Milite: Neq; herile negocium plus curat:q̃ si non seruitute seruiat.Cicero in topicis quorum maiorum nemo seruitutem Seruiuit.
Similis sum tui moribus:similis tibi figura. Diom. Helena item ad Paridem: Similis non fuit ille tui Plautus in mostel.Vt alii sibi esse illorum similes expetant.Virg.in.b.Sic canib9 catulos similes:sic matribus hædos noram. Quandoq; tamen id minime auctores obseruant:ut cetera huiusmodi.
Soluo tibi nummos nũc dicimus:olim uero actõ etiam iunxerunt.Plautus in bacch. Cape hoc tibi aurum chrysale fer filio.Ego ad forũ hinc ibo:ut soluam militem. Terẽtius item in adelph.ait:Ego ad forum ibo:ut hunc absoluam. Ibidem: Hominem istum impurissimum:q̃primum absoluitote.
Sonat Antonio campana uel ictu aut pulsu antonii dices.Ouidi.li.ii.de arte:Nec caua uesanis ictibus era sonant.Luc.in vi. Crebris sonat ictibus umbo

Vir.li.iiii.g. Vbi concaua pulsu saxa sonant. Dixit etiam libro primo Nec uox hominē sonat: hoc est sonādo exprimit. Item: Personat aurata cithara crinitus Iopas. Dices igiť sono cithara: uľ cithara me sonat. Luc.li.vi. Ore Iouis Dodona sonet.

Sub præpositio: qn̄ temp9 significat actō gaudet: ut Sub lucem id est circa lucem. Qn̄ autem locum: ablatiuo iungitur: ut Sub tegmine phagi. S. Sub tēplo.i.in tēplo: ut Sub sole.i.in sole. S. ¶ Sub oculis quoq; dicimus pro ante oculos. Pris.xviii. Sub actō tunc iungiť qn̄ aliquo nos trasferimus: ut Sub montem pergo. Quū uero in ipso loco sumus ablatiuo utimur: ut Sub mōte moror: Diom. ¶ Sub quando ad locum habet significationem uľ pro ante uel pro per ponitur: actō iungitur: ut Virgili9 li.ii. Postesq; sub ipsos nituntur gradibus. Idem li.i.g. At si non fuerit tellus fœcunda sub ipsum arctu rum. Et li.iii.g. Sub lucem exportant calathis: pro ante lucem uel per lucem. Idem.i. Aen. Vrit atrox Iuno: & sub noctem cura recursat: pro per noctem ¶ Quando autē in loco significat: abltō p̄ponitur: ut Virg.li.viii. Arma sub aduersa posuit radiantia quercu. Idem in.vi.ait: Ibāt obscuri sola sub nocte per umbram. Ibidem: Quale per obscuram noctē sub luce maligna est iter in syluis. ¶ Oēs enim præpositiones locales etiam in tēporibus & rebus similem habent constructionem. quomodo enim dico ad templum: sic dico ad temp9. sub diem. sub iusti-

tiam: sub hominem & sub templo: sub die: sub iustitia: sub homine: sub muliere: Pris: libro xiiii:
Subeo muro: murũ & ad murũ: Vir: libro viii: Iamq; propinquabant tectis: muroq; subibant. Ibidem: Hæc inquit limina uictor Alcides subiit: Et lib: vi: Iam subeunt triuiæ lucos: atq; aurea tecta: Et libro octauo Ad tecta subibant pauperis Euandri:
Succingor hãc rẽ & hac re: Vir: li: iiii: Magicas inuitã accingier artes: Et li: vii: Palla succincta cruẽta:
Sufficit uobis & ad uos: pro satis est: Luc: libro nono Suffecitq; oĩbus unda: Fabi: libro primo Ad quas nec mens: nec corpus: nec dies ipse sufficiat: Idẽ in v: Ad qđ sufficiunt intentio ac ratio: ¶ Sufficit itẽ subministrat: Vir: libro ii: g: Sufficit humorẽ: Et libro tertio: Atq; aliam ex alia generando suffice ꝓlẽ id est subministra uł substitue: ¶ Inde suffectos cõsules dicimus: Vatinius ad Ciceronem libro quinto epl: In cuius locum suffectus sum:
Supplico te & tibi: parcius per accusatiuum: Plaut9 in Asinaria: Supplices clã domi uxorem tuã: Ter: in and: Huic supplicabo: Tullius ad Q: Ligarium libro sexto epl: Quibus ex eo tẽpore: quo primum ex Aphrica nuntius uenit: supplicare una cum fratribus tuis: non dedisti: Idem libro quarto ad Herenniũ: Neq; ei: quem uides dñari: uis supplicare:
Scãdit tecto & tectum: Manili9 libro quarto Quod quæris deus est: conaris scandere cœlo: Virgilius libro secundo Scandit fatalis machina muros:

Scribo tibi & ad te. Tullius li.v.epistolarum: Ad te scribere sum coactus.

Spargit humũ niuibus: spargit humi niues. Luc.li. secundo Hæ lacrimis sparsere deos. Et libro quin/ Iam sparserat hæmo bruma niues.

Studeo huic rei in hac re & in hanc rem. quod parci us pro incumbo. Studeo itẽ hanc rem pro uolo seu cupio. Plautus in mostel. Quum his factis studet. Fab. libro vii. Abdicatus medicinæ studuit. Gelli9 libro x.c.ii. Siquis in ea re studebat. Fabi9 libro.x. Pœtæ & pictores in id solum studẽt: ut describere tabulas mensuris ac lineis sciant. Tul. libro quin/ to epl. Qui si nihil aliud studeat: nisi id qđ agit Te rentius in hecyra: Vt omnes mulieres æque eadem studeant: nolintq; omnia.

Stupeo illud & illo Virg. libro secundo Pars stupet innuptæ donũ exitiale mineruæ. Iuuenalis sat. iiii Nẽo magis rhombũ stupuit. Luc. li. viii. Occursu stupuerẽ ducis. Hermiõe Oresti: Sæpe malis stupeo

T

TAceo hanc rem & de hac re. Terẽtius in heau. Qui me tacere de hac re tanta postules.

Tempero mihi dicendum. tempat æquor ait Poeta. Plancus ad Tullium libro decimo epl. Sed usq; mi hi temperaui dum perducerẽ eo rem. Ibidem: Aut si in eo mihi temperauissem. Suetoni9 in calig. Ca nendi ac saltandi uoluptate ita efferebatᷣ: ut ne pu/

blicis quidē spectaculis temparet. Pli.li.viii.epl.
Sed temperare mihi non possum. Maro li.ii.Aen.
inquit: Temperet ab lacrimis. Et Apuleius lib.iiii.
tunc igitur ab rosis. & quidem necessario tempaui.
Teneo memoriter & memoria. primo modo parci9.
Pli. epl'a penultima sexti libri: Qui tam memoriter
tenes oēs. Cæsar li.i.de bel.Gal. Memoria teneret.
Tenus præpositio ,ppter euphoniam subiicitur: ut
scribit Donatus: ut pubetenus: crurumtenus.
Tenus abltō singulari deseruit: ut hactenus: pubete
nus. In pli uero gtō & abltō seruire pōt. Vir.lib.iii.
g. Et crurūtenus a mento palearia pendent. Ouid.
li.v.met. Pectoribusq; tenus molles erectus in au
ras. Ibidem: Pectoribusq; tenus media sublimis in
æde. Corneli9 Celsus li.i.c.iii. Huic abunde est lo
co tepido demittere se inguinibus ten9 in aquā ca
lidam. Ouidius item li.vi.met. ait: Altera per iugu
lum pennis tenus acta sagitta est. Gel.libro.xvi.c.
xix. sic id significat factis procul uerbis tenus.
Tepeo sole & a sole. Ouid.lib.quarto met. Incubuit
ferro quod adhuc a cæde tepebat.
Timeo illum: illi & de illo. primo modo ut inimicū
secundo uti amico. ultimo ad utrunq; attinet. Te
rentius in pho. Ei nūc timeo. Et in heau. Syre tibi
timui ualde male. Tullius li.vi.epel.ad Trebatiū
Valde mehercule de te timueram. Lucanus libro
vii. De superis ingrate times.

VAco uirtuti:in uirtutem & ad uirtutem·per ac cuſatiuum ſæpius·Ouidius in libro de ponto: In nullum mea mẽs grande uacabat opus·Et Nonius:Somniculoſus:qui ad ſomnos uacet·Naſo li·iii·de ponto:Corporis ad cultum uix uacat illa ſui Seneca epl'a·l·Non uaco ad iſtas ineptias·

Vaco culpa & a culpa:ſcelere & a ſcelere:id eſt uacuus ſum·Tullius ad Marc·Marcellum: Quis locus hoc dominatu uacat? Idem li·vii·epl·Sed tamẽ uacare culpa magnum eſt ſolatium·Seneca epiſtola·xcviii·Nulla ætas uacauit a culpa·Luc·etiã libro vii·ait:Vt uacet a ferro·¶Cũ nomine Inquit Laurentius ſignificante actõnem quandam ſiue qualitatem:adiungimus a præpoſitionem:ut Vacas a labore:uacas a componendo:uacas ab agricultura·

Vacuus cerebri uel cerebro·Horatius li·ii·ſermonũ Sic uacuum cerebri populũ phæaca putauit· Salluſtius in Iug·Ager autem aridus:& frugum uacuus·Tul·off·i·Itaq; quũ ſumus neceſſariis negociis curiſq; uacui tum auemus aliquid uidere zc·

Valet domus decem aureolos: & decem aureolis· Varro li·i·de lingua latina: Denarii:q͵ denos æris ualebãt:Quinarii:q͵ quinos· Pli·libro xxxiii·c·iiii Ita ut ſcrupulũ ualeret ſeſtertiis uicenis·

Valet dom9 tãti:quanti:pluris:minoris: quanticũq; tantidem:meli9:peius:uilius:carius:magno paruo minimo: Paulus digeſtis ad legem aquiliam: Si

ſeruum meum occidiſti: non affectionem exiſtimã
dam eſſe puto: ueluti ſi filium tuum naturalẽ quis
occiderit: quem tu magno emptum uelles: ſed quã-
ti omnibus ualeret. Et lege prima paragrapho ſi
hæres: digeſtis ad trebellianum: Sed æſtimãdum
fundum quanti ualet. Vlpianus digeſtis de actio-
nibus empti: Pluris hæreditas ualeret. Ibidẽ Qua
ſi minimo ualeret hæreditas. Et lege iulianũ: Quã
to pluris hæreditas ualeret.

Væ datiuus uł accuſatiuus ſequi debet: ut Væ popu
lo Maurorum: & uæ populum Maurum. Caper
auctor: Tu tamen datiuo iunges ubiq;. Non enim
facile cum accuſatiuo inuenies.

Verſus ſupponi debet localibus nominibus: eritq;
tunc aduerbium: ut Priſcianus edocuit ultimo. xii
car. ¶ Propriis autẽ urbium nominibus in accuſa-
tiuo ſine prepoſitione ſupponi debet: ut Romã uer
ſus. ¶ Aliis uero nominibus in accuſatiuo cũ ad uł
in ſupponatur: ut in Italiam uerſus: ad occidentem
uerſus: ad oppidum uerſus: in prouinciam uerſus.
¶ Quandoq; tamen urbiũ quoq; nominib9 præpo
ſitio additur ab auctoribus: ut Ad cordubam uer-
ſus. Econtra aliis ſæpe aufertur: ut Italiam uerſus:
orientem uerſus. De cunctis autem omnib9 aucto
rum uſus aduerte. Cicero li. ii. epl. ad Curionem:
Et te iam ex Aſia Romã uerſus profectum eſſe cõ-
ſtaret. Hircius libro. vi. de bel. Hiſp. & ad Cordu-
bam uerſus iter facere cœpit. Ibidem: Longius ad

Cordubam uersus prosecuti sunt. Cicer. eplarũ li. iiii. Italiam uersus nauigaturus erat. Iustinus li. v. Si demissa Pyræum uersus muri brachia deiicerẽt Hircius li. v. de bel. Aph. Ad oppidum Ruspinam uersus. Cæsar li. vii. đ bel gal. Castra ex Biturigib9 mouet: in Aruernos uersus. Ibidem Et magna coacta manu in prouinciam Narbonẽ uersus eruptionem facere contendit: Idẽ li. vi. Ad Oceanũ uersus Cicero li. iii. epl. Tharso nonis Octobris Amanum uersus profecti sumus. Amanus autem mons est. Tacitus de germania: Modico flexu in occidentẽ uersus septẽtrionali oceano miscet. Pli. li. ii: Ad septentrionalẽ plagam uersus. Et li. v. Ab his omnib9 uastæ solitudines orientem uersus usq; Garamãtes ¶ His animaduersis debet Versus suppõi semper. Semel autem Varro li. i. de lingua latina dixit: Cliuus proxim9 ad florales usus: uersus capitolium uetus. Id quidẽ euphoniæ gratia fecisse apparet. Sed quod admodum raro contingit parum id obseruãdum censeo philosophus ait.

Vescor hanc rem & hac re. parcius per accusatiuum Tibullus: Vera cano: sic usq; sacras innoxia laurus Vescar: & æternum sit mihi uirginitas. Manili9 li. v. Tectiq; auro: iam uescimur aurum. Vir. li. iii. Visceribus miserorum: & sanguine uescitur atro.

Vestio te uestem & ueste. Vir. li. viii. etiam ait: Tũc mihi prima genas uestibat flore iuuentus.

Viuo uitam & uita. Fabius libro quinto Qui beatã

uitam uiuere uolet: philosophetur oportet. Plaut9 in milite: Diu uideor uita uiuere. Idem in persa: Vt mei memineris: dum uita uiuas.

Vtile huic rei & ad hãc rem. Iuuenalis sat. xiiii. Si facis ut patriæ sit idoneus: utilis agris. Plau. in Epidico: Quẽ hominem inuenimus ad eam rem utilem.

Vtor hac re hanc rem olim. Iuuenalis: Vtere uelis: totos pande sinus. Plautus in Epidico: Immo si placebit utitor consilium. Et in Asinaria: Cætera quæ uolumus uti græca mercamur fide. Ter. in Adelph. Mea bona: quæ præter spem euenere: utãtur sine.

Vsq; si nominibus urbium iungitur. uel domus: rus & militia: simplici actõ hæreścet: ut ibitis usq; Romam: usq; uelitras. Additur & præpositio: raro tamen. Tullius pro deiotaro: Vsq; ad Numantiam misit. Alia uero cum ad uel in: ut Ibimus usq; in Aphricã: usq; ad Thybrin: usq; ad festũ. Tul. de laudibus Magni: Vsq; in pamphiliam. Ibidem: Legatum usq; in Hispaniam misit.

Vsq; signat etiam tẽpus: ut Vsq; ad diem Solis tecũ ero. Significat itẽ semp & cõtinue. Tibul.: Vera cano: sic usq; sacras inoxia laur9 Vescar: & æternũ sit mihi uirginitas. Plau. in sticho: Valuistin usq;

Finit Thesaurus Mancinelli.

¶ Impressum Romæ in Campo Floræ per Egregiũ Virum magistrum Eucharium Silber Alias Franck M.D I I I I. Die uero. xii. Decembris.

Di Piero Carnieri da S. Gi[illegible]

fu compro q.to d. d.o da

All Ill.mo Sig.a

ANT. MANCINELLVS.

D. Hadriano Cardinali Sancti Chrysogoni
Bonarum artium cultori Libellum Dedicat.

I /Cliens esto Liber Hadriani:
Hic enim ridet Sophiam colenti:
Hic amat uates: colit & disertos.
Quod uidet cunctis aliis præesse.
Omnium rerum studio sagaci:
Hinc Alexander tulit Hadrianum
Esse uelatum Rhodina Cyclosi:
Vt pius/constans/grauis/& peritus
Clauiger tandem fieret polorum.
Fiat iccirco rogitemus omnes
Liquit ut sacri regimen Secundus.
Interim semper ualeat: deinceps
Compotem uoti faciant Sorores.
I/Cliens esto liber Hadriani.

De Coronis Carmen.

M Ilitiæ plures docuerunt esse Coronas. G.
Illa Triũphalis præstabat: honore triũphi Triumphalis.
Induperatori concessa est aurea: quondam
E/lauro fuerat. Verumtamen aurea tanti
Ponderis: ut ceruix toleraret nullius unq̃.
Publicus hãc curru seruus delatus eodem

A tergo ſudans retinebat. Tum ſibi conſul
Ne placeat nimium Seruus portatur ibidem.
Anulus ferreus. Ferreus in digito fuit anulus: aurea q̃uis
Illa corona foret capiti conceſſa nitenti. Pl.
Triumphus Moſq; triũphantum minio fuit ungere corpus:
Furius hoc pacto legitur duxiſſe triunphum.
Laurus Vrbe triunphantes ornabat delphica laurus:
Hac etiam delphis uictor decoratus abibat.
Delphica. Delphica laurus erat/uel Cypria dicta Catoni.
Laurus Illa magis uiridi folio/æqualiq; colore
Cypria lau. Permagnis baccis. Folio nam Cypria nigro
Laurus pacifera. Atq; breui/criſpoq; ſimul: quod Plynius inquit
Paciferam laurum dicunt: prætendier inter
Armatos hoſtes/ſignum dixere quietis.
Laurus nũtia. Nuntia lætitiæ uictiq; hoſtis fuit olim
Romanis: quare fuit addita militis haſtæ/
Litterulis/piliſq; ſimul: faſces decorabat
Induperatorum: lauroquoq; purificatur.
Obſidionalis. ❡Obſidionalem quiq; obſidionẽ ſoluti
Graminea Gramineam tribuere duci: quo fortiter auſo
Parta ſalus: Voluere tamen de gramine poni
Victoriæ ſignũ Illic exorto: fuerant ubi milite cluſi.
Antiquitus ſummum fuerat Victoria ſignum
Victi herbam altricis terræ ſi forte dediſſent:
Fabius Quæ terra interdum cæde humectata fuiſſet. Pl.
Hanc fabio Ciues bello tribuere ſecundo
Pœnorum: ſiquidem diſſoluerat obſidione
Ciuica Corona. Hoſtili patriam: ❡Ciui qui ſeruet ab hoſte

Ciuem pugnando/donatur ciuica/testis
Perceptæ uitæ/conseruatæq; salutis.
Ciuica fronde siet quercus/siue ilicis:harum
Glans homini uictus olim tribuisse refertur.
Qui ciuem seruasset/ea massurius inquit
Ornari solitus:si tempore cæsus eodem
Hostis erat:pugnansq; locum non liquerat idem.
Quiq; duos hostes seruato ciue peremit
Hanc cæpit:licet ille locum iam liquerit hosti.
Nanq; loco ciuem nimium seruarat iniquo.
Fortiter hinc etiã pugnantes haud tenuere.
Hac ab re publica Ciceronem Lælius ille — Cicero.
Censuit ornari:qm̃ Catilina fugatus
Sospite republica periisset consulis astu.
Perpetuo accepta ciuili cuiq; corona Pl. — Ciuica corona.
Fas uti:intranti ludos de more Senatus
Assurgebat ei:iuxta residere senatum
Ius illi:concessa uacatio muneris omnis
Tum sibi/tum patri:uel auo concessa paterno.
¶Aurea muralis solum donabitur illi: — Muralis.
Hostilem subiit murũ qui primus:& urbem
Introiit uiolenter agens:hinc est decorata
Vt muri pinnis:¶Simul aurea fertur & illæc — Castrensis
Castrensis:donatur ei:qui hostilia castra
Vi prius ingreditur:Valli tenet inde figuram. — Vallaris.
Hæc eadem mihi Vallaris cognomine fertur. — Naualis
¶Aurea naualis potuit donarier illi:
Qui prius in nauem uiolenter transilit hostis.

Rostrata. Hinc ratium rostris uelut insignita nitebat.
Plynius iccirco rostratam dixit eandem.
Hāc piratarum bello tribuisse refertur
Varro. Varroni Magnus: quo lingua latina refulsit.
Agrippa E/bellis siculis Agrippæ Octauius addit.
Ouatio qñ. ¶Nulla triumphandi/sed ouandi causa dabatur:
Si bellum non rite indictum. Si cæditur hostis
Non iure: Aut hostes humiles uincātur ab ullo
Vt serui/seu piratæ: Si facta repente
Deditio: ac sine cæde fuit Victoria parta.
Cui palmæ facili Veneris decuisse putatur
Myrtea frons: qm̃ non martius ille triumphus
Ouantis mos. Sed quasi Acydalius: Sonipes ducebat Ouantem
(Vt scribunt ueteres) si intrasset mœnia Romæ.
Ingrediebatur pedibus Massurius inquit
Quisquis ouans urbem: sine militibus tamē ullis:
Ouans unde. Atq; uniuerso solum comitante senatu. G.
Lætantis signare docet pompeius ouantes/
A clamore quidem geminato/o/: quem redeuntes
E/pugna faciunt Victores usq; canendo.
Olea. Ast oleæ foliis etiam decorantur Ouantes. Pl.
Myrtus cur Veneri. ¶Myrtus odorifera est: uenus oblectatur odore.
Oris odor myrti fit semine gratior: inde
Est ueneri myrtus gratissima: legimus autem
Fastorum quarto: Sudantes rore capillos
Littore siccantem Venerem Satyris fore uisam:
Hinc uenus opposita texit sua tempora myrto:
Tuta fuit: quare ueneri gratissima fertur

¶Atq; deo tm̄ prisci tribuere coronas: Deorũ coronæ
Ex hedera primum capiti posuisse refertur
Bacchus: Cæperunt posthac diis sacrificantes. Bacchus. Sacrificans.
Victima tunc etiam fuit exornata corollis. Victima
Cornibus auratis dumtaxat uictima maior Pl.
In sacro tandem certamine sumpta corona est. Certamina.
Sed non uictori datur hæc: patriam decorari
Tunc dicebatur: Natum fuit inde Triumphans Triunphans.
Acciperet/templis donandas: Plynius auctor.
¶Quattuor imprimis certamina græca legũtur. Isthmia
Isthmia uictores Apio/Nemeæ quoq; ludi Nemeæa.
Ornabant: Plutarchus ait: Nam tempore plyni
Isthmia uictores pinu decorare solebant. Pythia.
Pythia uictori Stephanon tribuisse notantur
Aesculeum: ceu Naso docet. q̄ laurea non dum
Ante obitum Daphnes: hinc ut lactantius/atq;
Plynius edocuit decorabat Delphica laurus.
Fert oleaster ei (qui uicit olympia) laudes: Olympia.
¶Victores olea quondam decorastis Athenæ. Olea.
Ex olea turmas equitum uelare Quirites:
Idibus id Iuli solitum uult Plynius olim.
¶Romulus imprimis Aruorum constituendo Aruales
Esse sacerdotes/Arualem se duodenum Romulus
Fratrem appellauit: Cui spicea lata corona est Spicea corona.
Ex Acca nutrice sua: quam candida uitta
Necteret: hãc primam uoluerunt esse coronã
Romulidis: insigne fuit quæ relligionis. Fondea
¶Fundatori urbis data frondea dicitur hosto:

Quod fidenarum primus penetrauerat urbem.

Crassus — ¶ Argento/ac auro frondes imitatus in urbe
Crassus perlegitur ludis tribuisse coronas.

Lemnisci — ¶ Adiungi quoq; lemniscos uoluere decori:
Propter id hetruscas: auro quibus adiiciebant.
Hiq; diu puri fuerant: cælare deinceps
Claudi9 instituit: philyræquoq; bractea iūcta est

Lemnisci — ¶ Fasciolæ uero pendentes rite coronis
Philyra. — Lemnisci fuerint: Philyram uult plinius esse
Membranam tiliæ: Tenues tunicas habet illa
Corticis in medio ac ligni: quis uincula fiunt.
Harum pertenues tunicæ philyræ uocitatæ
Lemniscos (ueluti legi) tribuere coronis.

Nardi folia — ¶ E/nardi folio laudabilis esto corona.
Serta. — Floribus ut sertæ: dixerunt Serta coronas
Coronæ ī mēsa. — ¶ Maximus Ionas morem tribuisse coronæ
Vnguentiq; simul Conuiuis edocet apte.

Sub corona uēdi — ¶ Quiq; Coronatus uæniret Captus ab hoste
Stemma. — Ille ferebatur mihi sub uænire corona.
Hinc hodieq; solent ornari fronde uirenti
Bælua uænalis: uel siqd uændier optas.

Stephano. — ¶ Stemma quidē nobis datur infula siue corona:
Stephanos — Dicitur a Stephano uerbo signante corono.
Diadema. — Inde uenit Stephanos: nostri dixere coronam.
Id Diadema feret græcorum dictio nobis.

Vini corona. — ¶ Vina coronari iactis soluere coronis
Intra olim pateras: iccirco Propertius inquit
Quum tua præpendent demissa in pocula serta:
Et mea deducta carmina uoce legis.

Hinc etiam Maro fert Didus conuiuia narrans
Crateras magnos statuunt: & uina coronant.
Callimachus græce/uel Mnestheus/arte medendi
Insignes: Theophrastus item edocuere coronas.

ANT. MANCINELLI.
De Coloribus Carmen.

E sse Color uarii generis cuicunq; uidetur:
Sit Rutil9/Spadix/uel phœnice9 tñ ille G.
Qui rubet imprimis: mihi puniceus quoq; fertur.
¶ Ipse quidem fuluus ruffo/uiridiquoq; mixtus:
Ast hic plus uiridis fert: illic plurima ruffi.
Sic aquilam fuluam dicunt. fuluum simul aurum
¶ Rauus item Fuluus color est: ut nonius inquit.
¶ Flauus erit uiridi/ruffo/atq; albo generatus.
¶ Est Rubidus ruffus multa nigredine mixtus.
¶ Luteus ipse color: ruffus qui lucidus ample G.
Qui croceus color est: ꝓprie mihi luteus extat N.
Aurora in roseis fulgebat lutea bigis. Vir.
¶ Cæruleus color est Glaucus: uel Cæsius idem G
Cæsius a cæli (quasi cælius) esto colore G.
Cæruleus color ille maris. ¶ Cærinus habetur N.
Ipse color cæræ: ¶ Ferrugineus quoq; ferri N.
Cæruleus tamen est: Ferrugineos hyacinthos N.
Hinc Maro descripsit: color ipse Thalassicus illis
Dicitur: hic autem maris esse: Thalassa latinis
Est mare: lucreti fert musa/Thalassina uestis
¶ Cæruleus quasi cæluleus: color est quia cæli.

Rutilus
Spadix
Phœniceus..
Puniceus.
Fuluus.
Rauus.
Flauus
Rubidus
Luteus.
Glaucus.
Cæsius.
Cæruleus.
Cærinus.
Ferrugineus.
Thalassicus
Thalassa.
Thalassinus.
Cæruleus

Cyaneos Cæruleus Romane tibi:Cyaneos illis
Cyanos Cyanos esse niger:siue obscurus bene fertur.
Murex ¶Purpureus color est Murex:Maro testificatur
Quum dixit:Tyrioq; ardebat murice læna.
Anthrax ¶Carbo Anthrax fert̃:niger est Anthracin9 inde.
Anthracinus. Nos Atramentum romani dicimus esse:
Atramentum Ater enim niger est:ueluti fert Nonius auctor
Ater
Purpureus ¶Purpureus color ipse rosæ nigrantis habetur
Sarra. ¶Sara Tyros dicta est:ubi purpura piscis abũdat
Tyros
Purpura. Plurima:quæ florem tinguendis uestibus aptum
Faucibus in mediis retinet:quem candida uena
Continet:is minimi liquoris dicitur esse.
Nigrantisq; colore rosæ sublucet abunde Pl.
Ostrum ¶Ostrinæ uestes ex ostro:id purpura fertur.
Sarranæ. Sarranæ/& Tyriæ mihi purpureæ uocitantur.
Purpurissum. ¶Est purpurissum color is:quo fœmina fulget.
Cerussa. ¶Albus erit Cerussa color:quo candida fiunt:
Hinc cerussatæ facies hac forte perunctæ.
Psimmythion. ¶Psimmythion græce/nobis cerussa uocatur.
Porphyra. ¶Porphyra dicetur mihi purpura:purpureusq;
Porphyriacus. Sit Porphyriacus:porphyreus illud idem sit.
Porphyreus Et porphyriacis figere labra genis Nas.
Luridus. ¶Luridus ipse modũ supra mihi pallid9 extat F.
Pullus. ¶Natiuus color est pullus:Marcell9 ut inquit.
Pullati. Pullati proceres:qui pulla ueste teguntur.
Pullus. Pro nigro posuit pullum Columella/ferendo
Atq; holeris pulli radix:hoc est holusatri.
Fuscus. ¶Fuscus item color esse niger cuicunq; patebit.
Fert Maro:ne maculis infuscet uellera pullis.

❡Dic prasinũ uiridẽ: ❡Venet9 color ille marin9. Prasinus. Venetus.
❡Burrhum designat ruffum: dat græcia pyrrhon. Burrhus. Pyrrhos.
❡Ruffus item color est Balaustinus accipiendus: Balaustinus. Balaustus.
Punica nam malus Balausto flore nitescit.
❡Fertur holorinus: color is qui candidus usq;: Holorinus
Cygnus holor fuerit uolucris candore niuali. Holor.
Signat holos totũ: Oræos mihi pulcher habetur Holos. Oræos.
❡Ille color (roseus) qui Coccinus euocitatur: Coccinus.
Coccos enim ruber est: coccum uult plyni9 herbã: Coccos.
E/cuius granis madefiunt pallia rubra. Giluus.
❡Buxeus esto color Giluus: quẽ uerna Giallum.
Qui medius color est inter nigrum/simul album
Giluus erit proprie: sic innuit in Duodeni Giluus.
Calce Aulus: Vini genus ille triplex numerauit Vini color.
Est nigrum: est album: Mediũ simul inter utrunq;
Quod dicũt Cirron giluum: Cirra ignea fertur. Cirros. Giluus.
❡Melinus candore ualet: fert insula Melos/ Melinus.
Atq; Samos: ueluti demonstrat plynius ample.
❡Sit Badius sonipes: phœnicis cui color insit. Badius.
❡Purpureæ uiolæ lapidis gen9 ẽ Amethistus. Pl.
Purpureæ uiolæ color est Amethistinus inde. Amethistus. Amethistinus.
❡Signat ion uiolam: flos Anthos dicitur esse. Ion. Anthos.
Hinc uiolaceus est nobis: quod ianthinos illis. Ianthinos.
Coccina famosæ donas/& ianthina mœchæ. M.
❡Est Minio cocci color: atq; hispania tradit: Minium.
Dicitur id græce Miltos: Miniumq; latine. Miltos.
❡Cinnabarim quidam minium dixere uocari. Pl. Cinnabaris.
Cinnabarim saniem dici uoluere draconum:

Pondere quis pressis elephantum/sanguine poto
Illorum maculatur humus:Cruor ipse refusus
Cinnabaris fertur:polyhistore testificanti.

Minium Iupiter. Triunphans. ¶ Romani Minio ungebant faciem simulacri Pl.
Iuppitris:id uero festis soluere diebus.
Mosq; Triunphantum Minio fuit ungere corpus

Aethiopes Furius hoc pacto legitur duxisse triunphum.
Aethyopum proceres Minium tinxisse notatur.
Qui color & diuum simulacris ungitur illic.

Colorum Finis.

D. Ioannis Baptistæ Almadiani Viterbensis Carmen ad Mancinellum Veliternum.

Q Valiter Ascræi sonuerũt Carmina uatis
Nunc Mancinelli rustica Musa sonat.
Qui Syluas/& prata canit:qui rustica pingit
Connubia:& Variis oscula mixta iocis.
Et quos sæuus amor funestis ignibus urit
Pastores:& quos incitat alma Venus.
Qui choreas/cantusq; rudes:incompta iuuentus
Alterno ut pulset læta uireta pede.
Lanigeriq; greges pascant:simæq; capellæ
Vallibus umbrosis grata fluenta bibant.
Ruricolasq; deos:& agrestia numina nymphis
Miscet.& urbano carmine rura colit.
Musa solo recubat:magno de flumine paruus
Humor/& ingenti gurgite gutta fluit.
O felix:cui docta cohors parnassia ridet:
Quem ue chorus phœbi/phœbus & ipse fouet.
Dicendi cui magnus honos/& copia fandi:
Pierides magnum cui tribuere decus.
Macte igitur uirtute precor mortalia temne:
Suspice sydereos debita dona locos.
Immortalis enim cælo/terraq; fereris:
Hæc tua dicta leget:illud & acta probet.

ANT·MANCINELLI
Aepolion Aeglogarum·IIII·

Ad D·Ioãnem Baptistã Almadianum Viterbensem: Oliuerii Card· path· Secretarium·

Carmine tam culto similis tibi nullus in Vrbe:
Pimplea genitum quis neget esse uirum?
Affluit innumeris Aeuum cultisq; poetis:
Tu tamen imprimis cultior/atq; nitens:
Hinc palatinas (uelut Orpheus) allicis aures:
Omnibus, hinc nemo gratius excipitur·
Censeri uellet te iudice nostra Thalia:
Limari Aepolion te duce musa cupit:
Non sapit hoc ungues: q̃m sola hebdomas ægit
In lucem: eradas quicquid olere potest·

Argumentum Aeglogæ Primæ quæ dicitur Syrinx·

Amissis gregibus Corydonem quæritat ipse
Tertillus pastor dulci resonante Cicuta·
Occurrit Faustus: succedit Phyllis amica·
Tradidit anellum digito Tertillus eidem·
Aduenit Corydon·Satyris comitata duobus
Aegle subsequitur: datur Anulus a/Corydone·

Fauſtus. Tertillus. Phyllis.
Corydon. Aegle. Satyrus.

S Alue:cui pendet de collo fiſtula:cuius
Voce nemus/rura/& colles/arbuſtaq; gaudēt.
Scire uelim qui ſis:quo nomine:quid ue requiras.
¶Paſcebā Corydonis oues/hirtaſq; capellas/ Ter.
Nomine Tertillus:clam me fur dirus abægit.
Hæc neſcit Corydon:uellem ſibi cuncta referri.
¶Iampridē Corydon notus mihi:cognit9 illi Fau.
Fauſtus eram:iccirco tecum ſimul ipſe requiram.
Alternis tamen interea cantabimus:Iſtæc
Quæ ſequitur longe/nunquid tibi nota puella eſt?
¶En mea phyllis adeſt:agedū ſaltemus amicæ. T.
Fiſtula iam reſonet:rediit mea ſumma uoluptas.
¶Salue paſtorū pulcherrime:dulcior omni Phy.
Flore:decus nemorum:cantuq; ſuauior illo
Quo recinente lapis conſtruxit mœnia thebes.
¶Phylli tuo carui complexu menſibus octo Ter.
Vſq; gemens:nullumq; mihi ſolamen adeſſe
Iampridem ualuit:quare des oſcula Phylli.
¶Ecce dabo Tertille tibi:cōplectere phyllin Phy
¶Prō ſuperi:q̄ dulce fuit complectier ulnis Ter.
Phyllidos:haud unq̄ moriamur:longius alter
Alterius ualeat complecti pectora iunctis
Oribus:en iterum complectere dulcis amica
Tertillum:cui grata nimis tua forma uenuſta.
¶Cōplectar/ſiquidē nemo ē mihi charior ull9 Phy

¶Post ubi cælesti redierunt gaudia nutu Fau.
Ambobus: iungiq; datum/ceu forte columbis:
Exultet quicunq; lubens resonante Cicuta.
Phyllidis incipiam laudes cantare: uicissim
Illa mihi referet quanto teneatur amore
Tertilli: quo non mihi charior ullus in agris.
¶Concinat & Syrinx cunctis saltantibus una. Ter
¶Sæpe ego dilexi nymphas: mihi phyllid nulla F
Pulchrior occurrit: tantus decor enitet ore.
Lactea cui ceruix: & eburno dente refulget
Os porphyriacum: digiti niue candidiores.
Oscula libarem: placeat concedere phylli.
¶Tune meã tãges? colaphis te cædier æquũ. Ter.
¶Tertille immitis/quid faustũ cædis amicũ? Phy.
Cogit Amor quemcunq; ferox optare puellæ
Amplexum: iam parce: nimis furibundus in illum.
¶En parco m ea phylli: caue des oscula cuiq̃. Ter.
Tertillo dumtaxat eris fidissima coniunx:
Anulus hic digito gestetur pignus amoris.
¶Pan/& syluan9/fauni/satyriq; bicornes Phy.
Ipsa pales/nymphæq; simul/Dryadesq; secundent
Connubium præsens: Soboles pulcherrima detur.
Nil desit uictu: superet genus omne parenti.
Nec mihi Tertillum rapiat formosior ulla:
Quem peramat phyllis: colit: & ueneratur/& optat.
¶Fauste piget sceleris: redeat tibi gratia mecũ: Ter
Da mihi complexum: da phyllidis oscula fronti:
Hoc tantum liceat: ueneris mihi cætera serues.

¶Vlterius nil ipſe petam:q̄ dedecet ultra· Fau·
¶Fauſte ueni:pudibūda meæ des oſcula frōti· Phy
¶Neſcio quid nectar ſapiat:mihi dulcius unq̄ Fau
Nil erit aut fuerat·Diuorum numina quæq;
Tertillo grates/& phyllidi præmia reddant·
¶Aduentat Corydō:cantet mea fiſtula·Sed cur T
Obducta eſt illi facies:promiſſaq; barba?
An ſcierit fures mihi ſublegiſſe capellas
Incertum:quid triſtis eat mihi pandier opto:
Nos tamen imprimis delectet fiſtula cantu·
¶Hic ne meæ paſcunt̄ oues Tertille?uagaris Cor·
Huc illuc ſectans ueſtigia phyllidis:eia
Dic ubi paſcit ouis:dic ignauiſſime:quid ſtas?
¶Neſcio quid referā:ſed cur nam luridus/atq; Ter
Tam triſtis/mento hirſuto/macieq; ſuprema?
¶Nil tu quæſito reſpondes:en tibi merces/ Cor·
Scipio te moneat iam reſpondere petitis·
¶Iure quidem plector:uerū tu parce:reſoluā Ter·
Non ſine quicquid aues Corydon mærore tuorum
¶Parco libens:audacter ai/quodcunq; ſiletur· Cor
¶Sublegit Corydonis oues/hirtaſq; capellas Ter·
Clam me fur dirus:quærenti phyllis/& iſte
Occurrere mihi:num te uidiſſet/utrunq;
Hic petii:nemo te uiderat:inde dolenti
Pectore uerſabam Corydon ubi ſiſtere poſſet·
¶Clam te fur rapuit qua nam ratione capellas Cor
Demens?ipſe amens:qui nymphæ captus amore
Aepolion ſiui te cuſtodire uagando·

¶Baleti ripis ulmum conscendit Oreas: Ter.
Grex ouium/Capræq; simul sub rupe qerant:
Accessi propius cupiens audire canentem:
¶Verbero qd cecinit? qd nam? sectaris amores Cor
Grex ouium capræq; simul sub rupe quierant?
¶Qui sua non perdi cupiũt: ea sæpe reuisent: Ter.
Confidens alii/passim fraudabitur illi.
Hæc nymphe: interea clam me grex omnis abactus
¶Grex ouiũ/capræq; simul sub rupe qerant? Cor.
Ipse tamen leuior foliis ludibria quæris?
Quam bene conueniũt istæc mihi: pendere pœnas
Non similes cogam: si crastina fulserit hora.
Gratia me fausti lenit/tum phyllidis huius:
Quo tibi parcatur presens: alias reminiscar.
¶Ah Corydon/parce omnino: te gratia nostri Fau.
Leniat: inuenies per syluam forte uagantes.
¶Iam parco Tertille tibi: des oscula paci. Cor.
Sed cur non citius prædam mihi significaras?
¶Occurrit faustus quærenti/& phyllis amica: Ter
Hos petii: nemo te uiderat: inde dolenti
Pectore uersabam Corydon ubi sistere posset.
¶Huc ope Mercurii reor aduenisse: uiarum Cor.
Dux ille: ut fertur. Nam qui Tertille putarem
Hic te cum fausto/dulci cum phyllide fari?
¶Venisti tandem: Sed cur tibi tristis imago? Ter.
¶Iam tibi causa mei luctus & tristis imago Cor.
Pandetur: Nouisti Aeglen: qua nulla napæa
Splendidior: cuius teneor dumtaxat amore:

Causa mei luctus hæc est/& causa doloris
Quærito iam mensem:necubi fuit obuia quærit
Pamphagus iste ualens pedibus/uel nare sagaci.
¶En Corydō Aegle Satyris comitata duob⁹: Phy.
Exiliuntq; simul:circumspice noueris illam.
¶Aegle nympharꝝ pulcherrima:tu mihi luct⁹ Cor.
Tu mihi causa mali:tu mors/& uita/salusq;.
Te propter macie confectus/nocte dieq;
Lugeo:nam sine te nusq̄ mihi grata uoluptas.
Iam licet esse mihi læto:iam ponere barbam.
Iam te complecti:liceat simul oscula ferre.
¶Vnde tibi mens ē dic audacissime nostram? Sat.
Plecteris cupiens solum spectare puellam.
Cede procul:Spectas? mihi supplantaberis audax.
¶Vel fari liceat(si tāgere non datur)Aeglæ. Cor:
¶Dic igitur quæcunq; uoles accæperit illa. Sat.
¶Aegle cum primis longe formosior:ecquis Cor.
Te uetuit nostros iterum petiisse penates?
¶In nemus umbriferū uitans incendia solis Aeg.
Intraram:Satyri uisam rapuere:nec unq̄
Cedere clam ualui:tantus tenet ardor amantes
¶Si mihi uos Aeglen Satyri conceditis ultro: Cor.
Pamphagon hunc celerem pedibus/uel nare sagaci
Largior:hic & enim capream uenatur/& apros.
¶Oscula da nobis Aegle:da terq;/quaterq;/ Sat.
Qualia francorum nosti collata puellis:
Iamq; uale.Corydon meus hic:tua nympha:Valete.
Ipsi autem nostro salientes more uagemur.

¶ Iã licet esse mihi lætum pulcherrima floꝝ Cor.
Aegle: da roseis francorum more labellis
Oscula. Nil ægle mihi dulcius obtigit unq̃.
Anulus ergo tibi nostri sit pignus amoris.
¶ Fistula iã celebret Corydon cõnubia nostra: Tir.
Quilibet exultet Syrinx dum concinet ipsa.
Hæc satis o/proceres: Noctu penetrabitur hymen:
Viuite iam læti: memores & uiuite nostri.

Argumentum Aeglogæ Secundæ: quæ
dicitur Mænalus.

MAenalus hic cantat Citharœdus: pyrrha uenusta
Transiet: hanc optat: fugientem suscipit ulnis.
Nisa dehinc/Lyncusq; uenit: Cantare uicissim
Mænalus & lyncus te Delia iudice quærunt.

n Vnc/& Oues/Capræq; simul sub rupe morãt̃
Propter aquã: locus ille placet: cãtetur ibidẽ.
Est illic sedes: cupio residere parumper.
Iam sedeo: dormire libet: nocet umbra: caueto.
Insonet ipsa chelis: sopor hinc discedet in antra.
Nympha uenit ꝑperans: utinã mihi iungier optet:
Comprimerem: tam læta uenit: tam pulchra uidet̃.
Quid Nymphe celeras? mecum requiesce sub ũbra
¶ Nõ sinit hoc Tillus nostræ spes unica uitæ: Pyr.
Diligo præ cunctis: nam ditior omnibus idem.
Suggerit inde mihi passim: quæcunq; requirit

Ad uictum mortale genus: nec defuit unq̄.
Num merito cunctis Tillum præponere debet
Pyrrha suum? debet. Valeas quicunq; recedam.
¶ Huc ades o/nymphe/mecū reqesce sub ūbra .M
Te capiā uiolenter agens: si cedere pergis.
¶ Quid me sollicitas? aliā tibi quære puellā: Pyr.
Me Tillo addixi: Tillus mea cura fidelis.
Iamq; uale: properare decet: tu concine syluis.
¶ Te sequar: omnio capieris: Siste parūper. Mæn.
¶ Sistere quid me uis? aliā tibi quære puellā. Pyr.
¶ Aspice: tū dextrā libeat coniūgere dextræ. Mæn.
¶ Aspicio: ualeas: uereor concedere dextram: Pyr.
Me siquidem rapta pudor/& pia fama periret.
¶ Ne timeas: nihil ipse petā: nisi tangier illi. Mæn.
¶ Fidere iā libuit: dextrā pete: Moxq; ualebis. Pyr.
¶ Nū mihi dextra satis? totā cōplectier opto Mæn.
Da mihi te facilem Nymphe: des oscula tantum.
Quid mea pyrrha fugis uita mihi dulcior ipsa?
Sublimis rapiere: decet uim ferre puellis.
Dulcius haud unq̄ pondus gestare licebit.
¶ Quo me sublimē rapies? heu perfide/Siste: Pyr.
Perfide/quo duces? ubinam furibunde quiescam?
¶ Nil timeas/intacta mihi redderis: eodem Mæn.
Vnde pedem moui sectans uestigia pyrrhæ
Duceris: paulisper ibi cantabimus una.
Hic sedeas mea pyrrha uolens: dolor omnis abito.
¶ Iam sedeo: tu tange chelin: tū oscula sumes Pyr.
Indicium ueniæ: redeat pia gratia nobis.

Mænale parco tibi: iam me complectere lætam.
¶ Gratia magna tibi uenꝰ aurea semꝑ agetur: .M
Sæpe Cupido tuis uitulum mactabimus aris:
Quod mihi tam pulchra est oculis oblata puella:
Tam facilis rediit: modo quæ neglexit amantem.
¶ Tille tuis nymphā longe cōplexibus arcet Pyr.
Hispida Barba nimis: sunt lenia grata puellis
Ora quidem iuuenum: senior mihi: iunior hic est
Mænalus: ergo uale: Veterem nouus impulit ardor.
Altera nympha uenit: gerit arcum Mænale: ducit
Hylæon: giluo tergum uelatur amictu.
¶ Lynce ueni: te Nisa uocat: dimitte capellas Nis.
Damœtæ: iaculis armetur dextera binis:
Tot catuli tecum ueniant: quos ornet amictus
Versicolor: cornu resonet dum ueneris aura.
Lyncus adest: saltare libet: Venabimur una.
¶ Nisa decens/ hic oro uelis considere mecum: Pyr.
Da dextram pyrrhæ: nymphis mihi gratior una.
¶ Dextera iungatur dextræ: iungātur & ora: Nis.
Pectora nostra simul parili capiantur amore.
¶ Nisa meis oculis/ & luce gratior ipsa/ Lyn.
Quis te nam rapuit: quis te mihi sustulit: errans
Per nemus/ huc adsis: Captiuam morte resoluam.
Iampridem cupio tecum uenarier apros.
Et tecum syluis uenando ludere passim.
Nil mihi respondes: Cornu iam consonet auris.
¶ Lynce mihi uiolis/ & pingui dulcior hædo Nis.
Huc adsis: Oriqꝫ meo committe labellum:

Omine tam fausto multos uenabimur apros.
¶Lynce tuũ cõcede mihi dulcissime cornu: Mæn.
Experiar num me resonet sic illud acute.
¶Experiare licet. Sonuit nil dulcius unq̃. Lyn.
¶Alternis tecum liceat contendere cantu: Mæn.
Nostra Chelis: Cornuq; tuum/sint pignora cantus.
Victor utrunq; ferat: Victus dabit oscula nymphis.
¶Mænale concedo: iudex tamen adsit utriq; Lyn.
Integer/& iustus. Nymphis comitata duabus
Ecce Diana uenit: trahit altera crine lyciscam:
Altera fert humeris arcum/pharetramq; Dianæ.
Est nobis illa occursu reuerenda pudice.
¶Occurramus ei cornu resonante/Cheliq;. Mæn.
Exultent nymphæ nobiscum: pyrrha salutet.
¶Salue nympharũ numẽ pulcherrima uirgo: Pyr.
Lux nemorum: custosq; simul: tutelaq; nostri.
Est illic sedes uariis ornata Corollis/
Aptaq; numinibus: residens ibi forte quieris.
¶Accedam9 eo Comites: locus extat amœnus. Dia.
¶Virgo/sedens audire uelis hic oro canentes Mæn
Mænalon & lyncum: Te iudice uictor habeto
Diua Chelin/Cornuq; simul/cãtando uicissim.
¶Illarum numen genitricis Mænale testor: Dia.
Quis fuit in bello Titanum iuppiter usus:
Versibus amborum fuerit latonia iusta.
Frigidus elabens sublimi uertice saxi Styx
Styx amnis legitur: sub terra tempore longo
Defluit: Oceani pars decima dicitur esse:

Quæ mare/quæ terram circundare fertur:& illam
Oceanus/Tethysq; simul genuisse putantur:
Quum bellum gereret Iouis in Titanas:abunde
Styx illi/& natæ Vis atq; potentia passim
Auxilium tribuere suum:Non immemor huius
Iuppiter auxilii/q̄primum talia iussit:
Per styga cælestes iurent:nec fallere quisquam
Audeat:At duo uos uis atq; potentia/mecum
Viuite:Qui tandem iurarit per styga fallens
Debilior recubet toto prostratus in anno.
Ambrosia careat cum nectare:uoce fruatur
Nulla:uix animam uiuus suspiret anhælam.
Tergoreq; immiti recubet circundatus idem.
Exulet e/cælo posthac ubi transiit annus.
Consilioq; Iouis careat/mensisq; deorum/
Annis ille nouem.iaceat depulsus ad orbem
Extremum:decimo tandem iam lotus in anno
Cælitibus rursum ualeat coniungier ipsis.
Hæc timeo:quare fuerit latonia iusta.
Incipiat lyncus:quum desiit ille/sequare.
¶Huc & hamadryades/ul'ruris numina pgāt: Lyn
Floribus innumeris decorabitur ara Dianæ.
¶Spondeo diua tuæ uitulā quot mēsibus aræ: .M
Si mea pyrrha diu mecum teneatur amore
¶Nūina quæq; mihi uenerant':Delia primū: Lyn
Quo celer ichnobati cursus donetur ab illa.
¶Virgo die quocunq; tibi mactabit' hædus: Mæn
Si fœtus ouium crescent/Simæq; capellæ.

¶Quo mihi nisa fidem latonæ filia seruet: Lyn.
Promitto leporem: si lachne cæperit illum.
¶Nulla napæa fuit/uel oreas/fidior unq̄ Mæn.
Nulla Dryas pyrrha: coluit te Cynthia semper.
¶Lumine cyaneo præstat mea Nisa lycorin: Lyn.
Layde candidior: tenera quoq; mitior agna.
¶Moribus/& forma præstantior/atq; lepore Mæn.
Exuperat lotim mea gloria pyrrha pudicam.
¶Luce mihi/& uita iucundior halitus oris Lyn.
Nisa tui: pereoq; die si deficit uno.
¶Mænalus a pyrrha si non complectitur hora .M
Qualibet: ut flammis glacies uel cæra liquescit.
¶Mænale dic sodes: pastor quid tōdet equa℞ Lyn
Codas: & cornu iam Mænale solus habeto.
¶Dic mihi/quot lunæ cursus conceditur agnis/ M
Aut hedis huber: fidibus potiare deinceps.
¶Ipsa quidem iudex: Non uestrū q̄libet: ergo Dia.
Lynce chelim sumes: tu Lynci Mænale cornu.
En tibi lynce chelim: Cornu tibi Mænale donat
Cynthia: ꝙ nymphis recte cantarit uterq;.
Ludite iam nymphæ: præsultor Mænalus esto.
Lynce chelis resonet plectro/saltante chorea.

Argumentum Aeglogæ Tertiæ.
quæ dicitur Minthe.

Tullus amans queritur: Minthe sua despicit illum.
Sponsa quidem fuerat. Glaucus tamen/& lyonides

Deducunt illi:Canitur quid lympha/uel ignis
Quinq; faces olim fuerint coniuncta maritis.
Zonaq; lanitii Nuptam cur cingit ouilli.
Cestus item ueneris:quotq; asses nupta ferebat.

Tullus.Myrtilus.Minthe.Glaucus.Lyonides.

Q Vid mihi diuitiæ Gilli:qd persidis aurum:
Innumeriq; greges/Armētaue pinguia ꝑsūt
Si me despicias Minthe pulcherrima syluis:
Flaua comas:niueo candore phoronida præstans?
Altera Glaucopis?Minthe quid spernis amantem?
Non ne mihi sponsa es?num pinguē misim9 hædū
Sæpius?O/quoties mecum cōplexa lacertis.
Hesterna quid me Crudelis nocte canentem
Cedere iussisti:quid uisere non datur ultra?
Sperabam te posse frui noctesq;/diesq;
In torulo uiridi molliq; e fronde parato.
Me tamen usq; fugis:me Sponsum temnis iniqua.
Emoriar:lethiq; mei tu causa fereris.
Quo puer hac pergis?cui mittitur hædulus ille
Dependens humeris?audi:me respice:Siste.
¶Mittitur hic Tullo:Cōiunx deducitur illi. Myr.
¶Tullus ego:nū uera canis?nū ducitur uxor? Tul
¶Glaucus erit cōuiua tibi:iam cœna paret. Myr
Hædulus est pinguis:tecum gaudebimus una.
Myrtilus hic/Epuli conceditur Archimagyrus.
Glaucus eam ducet:comitabitur & lyonide.

Glaucus aquæ tulerit phyalam: bromii lyonides.
An ne uides illam fulgenti uertice crista
Aurata: q̄ læta uenit: q̄ pulchra renidet?
Ipsa colum gerit/& fusum: lateriquoqꝫ uitta
Lanea dependet: qua postes ornet: eandem
Præcedunt pueri quini: facibusqꝫ relucent.
Lanitiiqꝫ latus nuptæ circundat ouilli
Zonula: quam sponsus thalamo dissoluet: eidem
Est circa pectus diuerso picta colore
Fascia: quam cestum ueneris dixere poetæ:
Ceu mihi nympha tulit perimele dulcis amica.
¶ Intestina mihi saliunt: & cætera membra Tul.
Exiliant: uoti reddet Cytherea potentem.
¶ Tulle decꝰ Iuuenū capro mihi pulchrior ipso/ M.
Iam te complectar: tu me complectere Tulle.
Nunc assem dedero: capias: est aureus idem.
¶ Sæpius optauit iungi mihi candida Nais: Tul.
Me Dryope cunctis formosior eligit unum
Pastorum nūo: quorum non parua supellex.
Tu tamen imprimis spes unica/sola uoluptas
Semper eris Minthe: iam testor sidera: ni tu
Venisses hodie/Tullum rapuisset acerba
Mors hodie: iccirco rursum complectar amicam.
¶ Tulle tibi uxorē iā duximus: excipe fausto Glau
Omine: coniugium felix uelit esse Diana/
Saturni proles/& filia pulchra Diones:
Idqꝫ Suadelæ numen confirmet utriqꝫ.
¶ Dignior in syluis coniungi nemo ualeret Lyon.

E/nymphis o/Tulle tibi:peneide casta
Castior est Minthe:formaq; decentior illa.
¶Quocirca præstent diuorum numina tali Glau.
Coniugio messes:cum coniuge quot seniore
Vixit Agenorides:sed uita beatior/atq;
Progenies quæcunq; uenit/donetur utriq;.
¶Dux choreæ Minthe fuerit:Saltemus ouātes: T.
Thyrsi chelin pulses:Syrinx tua consonet Aule.
Iam cūctis residere licet:Mintheq; propinquet
Ipsa mihi:quid enim posset mihi dulcius unq̄?
Glauce precor referas:quid nam Vulcanus/& ipse
Nereus offertur nuptis:quid denotet illud
Quod pueri quini totidem facibus decorentur.
¶O/utinā mihi fata darēt/dissoluere nodos Glau.
Tulle tibi obiectos:Nisi me docuisset Aglauros
Nympha mihi multos olim dilecta per annos:
Quam Clio docuit:certi nihil ipse referrem.
Hæc igitur fari/non Glaucus iure putetur.
¶Myrtilus interea quæ sunt op9 ipse parabit Myr
In Cœnam:mecūq; ueni tamen hæde petulce.
¶Quilibet e/uobis oro mihi cōmodet aures: Glau.
Fœdera Nuptarum lympha/simul igne refertur
Sanciri:Calor ac humor fœtus animantum
Concipiunt:uitamq; illis seruare feruntur.
Ex/anima constant/& corpore quæq; animantes:
Corporis est humor:uerum calor est animai.
Ignis item quasi masculeum dicas elementum.
Fœmineum lymphæ:patitur tamen hæc:agit ille.

¶Quinq; faces api:placuerũt omnia glauce. Tul.
¶Connubio solitas incendi dixerat illa Glau.
Quinq; faces olim:numerus quia conuenit impar
Coniugiis:scindiq; ualet nec talis Arithmos.
Diuiso cõe aliquid semper remanebit.
Impareque ex omni Quinarius esse refertur
Connubii:retinere locum tria nouimus usq;
Imparis:atq; duo paris esse feretur ubiq;.
E/quibus ille uenit quinarius/ut muliere
Atq; mare eductus:Docuit me talia nymphe.
¶Instituit recte:uerum si noueris ultra Tul.
Hic aliquid:lepor ipse tuus delectet amicos.
¶Quinq; faces ideo solitas incendier aiunt Glau.
Connubiis:ꝗ quinq; uocet pia numina coniunx.
Iuppiter/& Iuno/Venus/& Suadela/Diana.
Quam simul in partu Mulier uocitare solebat.
Dux & enim luna est nascentum:mensibus actis
In lucem trahit infantes:Iunoq; uocatur
Lucina in latio:quia natos luce iuuaret.
Hæc sunt:quæ fagi docuit me nympha sub umbra
¶Iam lyonide mihi referas:qd nupta retorquet T.
Lanitium lateri:quid Balteus ille geratur.
Cur assem dederit Minthe iucunda marito.
¶Quũ puer Alcinii seruarẽ Tulle capellas Lyon.
Ad fontem regalis aquæ:iuxtaq; Chimæram:
Cortice pipleam uidi signare cupressi
Carmina:quæ referam:sublegit Myrtilus illinc.
Ipse tamen didici:nec me recitare pigebit.

Zonula cingebat nuptam iam more uetusto:
Lanitio fiebat ouis: soluebat eandem
In thalamo coniunx: fuit autem cincta puella/
Vt uelut inter se coniuncta/maritus eidem
Coniungi tota deberet mente pudice.
Herculeo nodo connectier illa solebat:
Vir tamen in lecto solitus dissoluere nodum:
Ominis id causa: quo felicissima proles/
Tanq̃ illi: natos qui Septuaginta reliquit.
¶ Hic tua musa nimis placuit: cantetur & ille Tul.
Cinctus: quem ueneri dicunt tribuisse poetas.
¶ Discolor est ueneri (cestum dixere latini) Lyon.
Balteus: utetur uenus hoc dumtaxat honestis
Connubiis: Martem sibi conciliabat eodem:
Iuno Iouem: cedebat ei cytherea libenter.
Quod cesto ueneris minime uincitur: id esse
Incestum uoluere senes: Cytherea gerebat
Hunc circa pectus: Blandæ Suadelæ/& amores/
Illecebræq; inerant: delinibantq; sagacis
Prudentisq; uiri mentem cuiuslibet istæc.
¶ Rite satisfecit Lyonides: omnia nouit. Tul.
Cur assem mihi nupta dedit/narretur ad unguem
¶ Lege quidem ueteri solitã deferre marito Lyon.
Tris asses nuptam legitur: quem palma gerebat
Ille uiro solitus tribui: ceu sic emeretur.
Quem pede gessisset: Larium focus excipiebat.
Conditus in pera minima triuiis resonaret.
¶ O, te felicem: memor es lyonide: nec ultra Tul.

Laudetur Rex ille cani nutritus: ut aiunt:
Ipse quidem superas: quoniam reminisceris illa
Quæ puer imbiberas: debes lyonide capellis:
Ad fontem regalis aquæ/iuxtaq; Chimæram
Pascebas illas: ubi carmina musa reliquit.
Præterea cunctis referetur gratia passim
Officii: comitastis enim connubia nostra.
Thyrsi chelim pulses: Syrinx tua consonet Aule.
Quilibet exultet: posthac cœnabitur hædus.

Argumentum Aeglogæ Quartæ:
Quæ dicitur Damon.

Tristis humi recubat Damon testudine iacta:
Pamphilus aduenit causam quærendo doloris.
Iacturam pecudum referet: Testudo premetur.
Tibiicen pyrrhinus adest: Dirceq; puella:
Hæc hædum cupiens Damoni iungitur uxor.

Pamphilus. Damon: Dirce. Pyrrhinus.

D Amon eiecta recubas testudine solus: Pam.
Cura gregis nulla est: olim cantare suetus
Montibus/& syluis: hilarem te uidit heous
Hesperiusq; phlegon: quæ causa indigna subægit
Damoni in luctum uerti tot gaudia? siquid
Auxilii mea ferre ualet quæcunq; facultas
Nil tibi defuerit: Damon exurge: recedam

Nullo equidem casu: donec mihi Causa doloris
Constiterit: Damon exurge: attolle parumper
Inde caput: seriemq; tui mæroris amussim
Ne pigeat narrare mihi: te diligo: surge:
Vel saltem reside: causam mihi pande doloris.
Pāphile iam surgā/referens qd gaudia sūma Da.
Verterit in luctum. Nosti quæ commoda nobis
Attulerint agni pingues: fœtæq; capellæ:
Maxima pars obiit: fœtus euanuit omnis.
Dux ouium podagris totum corrupit ouile.
Ingruit omne genus morbi: nil defuit unq̄:
Non puri fontes: non gramina. Vespere pasci
Maneq; permissum: Dux ille infecit aquai
Liquorem podagris: Gramen simul aruit illis.
Aduenit scabies: amni mersare salubri
Num potui? latices omnis corruperat idem.
Vngere nec corpus ualui: cum desit Amurca.
Iuuissent spumæ argēti cum sulphure uiuo: Pā.
Cum scylla & cæris: uel cum pice: siue Bitumen.
Cūcta mihi patuere diu: quæ Pāphile narras: Da
Sed cui lanitium/cui caseus/ac simul hædi
Vænales desunt: quanam ratione pararet
Istæc: quæ suades? Argenti portio nulla [
Portio nulla æris: grex est dumtaxat inhærens
Vix pedibus: perit omne pecus: perit ipse magister.
Ergo uelim fugias istinc: pec9 oīe relinquēs P:
Affectum scabie canibus: rictuq; luporum.
Inuenies alibi fœtura/& lacte redundans:

Et niue candidius:crescet tibi magna supellex
Nam mane/& tenebris foetæ mungentur:& hædi
Verueces/agni/lac/caseus/atq; butyrum
Lanaq; uænibunt:fies ditissimus auri.
Carminibus curæ interdum sonituq; leuantur:
Sume chelim:nemo est fidibus/uel carmine dulci
Par tibi:Cantando minuetur cura doloris.
Insultare licet:pedibusq; infringere binis: Dam.
Quæ me iampridem confecit sæpe canendo.
O/utinam potius nunq̃ mihi tacta fuisset.
Nec pecus ulla meis unq̃ pauisset in agris:
Sarcula dant segetes/& dulcia uina colonis:
Sed mihi nec segetes/nec uini copia cantu.
Paui agnos:non pascor eis:Lanientur ab Alce.
Dux ouium(nam causa luis)scindatur hyæna.
Tibia nũc resonat:Pyrrhini tibia uoce est: Pam.
Dirce huc aduentat:deducit pensa:nucesq;
Oua simul puer eius habet:formosa puella.
Complecti cuperem:thalamoquoq; iungier una.
Frons nitet:os rubet:ast oculi ceu sidera fulgent.
Est niue candidius guttur/ceruice torosa:
Pulchrius incedit philomela regis alumna:
Iam iam me cæpit decor eius/tam speciosa est:
Oscula bina uelim:me nemo beatior illis.
Saluere hic iubeo:fauni tueantur utriq; Dir.
Omne pecus:nihil obsit ei:Sacer ignis abesto/
Vel papulæ/morbusq; omnis:sint omnia læta.
Illico te uisa calor ingens urere cæpit Pam.

Me dirce aurata tetigit ferus ille sagitta.
Amplecti cuperem tantum tibi forma uenusta.
Oscula quæso uelis saltem concedere bina.
Secius emoriar: Dirce pulcherrima iunge
Te mihi: ne lethi causa hic dicaris acerbi
¶ Procul hinc scelerum princeps: procul esto prophanæ: D.
Me nullus tetigit: Virgo sum pamphile: solus
Qui mihi uir fuerit uoto potietur honesto.
¶ Ipse uirũ Dirce inueniã: si nubere mens est: Pam
Cur tamen huc adsis uellem mihi pandier ante:
Quænam causa uiæ: nunquid te casus adægit:
An potius res ulla urgens deduxit euntem?
¶ Est mihi cũ nymphis epulandũ luce seqnti: Dir.
Non desunt Anates: non galli teste reciso:
Est pauo: & perdix: auritaq; phasidis ales.
Nec mihi uel paleis/uel furfure conditur ouum:
Nanq; recens melius: fastidio sæpe reposta.
Iuuerit ille cibus: qui raro contigit: inde
His ouis/nucibusq; hædum mihi uendier opto.
Copia Damoni fuit ingens/optima/pinguis.
Hæc mihi causa uiæ: Damon his utere mensis.
¶ E heu quid narras? fuit olim copia Dirce: Dam.
Dic ubi sit præsens: Aries infecit ouile:
Fœtura euanuit: pecudes langore premuntur:
Me quoq; dira lues inuadere cœpit: Amicus
Occurrit propere: fouit medicamine uulnus.
Si mihi: quæ quondam Dirce fortuna maneret:
Iam tibi/quicquid opus/sine munere ferre liceret:

Quod mihi nulla Dryas uisa est te pulchrior unq̃
Dirce: sola igitur Damoni uita, salusq;:
Si coniunx: si me facies tu nympha parentem.
Dactyl9 hic igitur Damō mihi fulgeat auro: Dir
Nam mihi te nemo placuit magis inter opacos
Hos nemorum collis: felici sorte iugemur.
Sume bōis auib9 Catochiten pign9 amoris: Da.
Vtq; manus gemma connectitur: ore uicissim
Vt paphiæ uolucres felici sorte iugemur:

Cassitæ Fabula.

R Ettulit Aesopus: q̃ Auicula parua colebat
In nido segetes: Cassitam nomine dixit.
Illa cibum cupiens pullis exquirere: primum
Commonet: obseruent, quicquid contingeret illic.
Exin regressæ narrarent omnia: posthac
Cum nato Dominus segetum peruenit eodem.
Præcipit is soboli: quum crastina fulserit aura
Oretur: quicunq; mihi mōstratur amicus:
Vt iuuet hanc messem nobis: abiere deinceps.
Cassitæ referunt nati formidine pressi
Quæ pater admonuit: quare discederet inde.
Illa iubet nihil esse metu. quia fidit Amicis.
Cras ait & nullæ segetes tangentur ab illis.
Postera lux oritur: Mater iam pabula quærit:
Rus adiit genitor: frustraq; moratus amicos
Nate inquit: nullis hodie resecantibus istæc,

Craſtina cognatos ubi uenerit hora precemur:
Affineſq; ſimul/reſecandis meſſibus adſint.
Redditur id matri:monuit nihil eſſe timendum.
Cognati minime faciles tolerare laborem
Alterius:Nemo Affinis ſuccurret egenti.
¶Poſtubi lux uenit iam tertia:quæritat illa
Educet ut natos:Segeti non affuit ullus
Affinis:rediere ſimul gnatuſq;/parenſq;.
Qui noſcens aliis fruſtra ſe fidere:nato
Craſtina lux inquit duo nos redducet in agrum
Falcibus accinctos:Nulli iam fidere certum eſt.
Caſſitæ referunt pulli quæcunq; notaſſent:
Tunc ait illa ſuis/migrandi tempus adeſſe:
Fiet enim meſſis:quoniam res conficietur
A dominis uana deductis ſpe reliquorum.
Hac ratione ſagax ſegetem Caſſita reliquit:
Quam domini ſecuere ſuis iam falcibus uſi.
Fabula quid monuit? poteris tu ſiquid obire
Ne fidas aliis/uana ſpe ductus eorum.

Caſſitæ Fabula Finit.

ANT·MANCINELLI·V·

Diræ in Lalum·

H Is Diris Octo faueant q̃ maxima diuum
Numina:sic etiam quæ duodena ferũt·
Deuoueo Lalum:cuius mihi nomen habetur:
Annuat optatis Numen ubiq; meis·
Vtq; meum Carmen tenebris inuoluitur:illi
In tenebris esto uita referta malis·
Qui mihi succenset:qui me fraudarit honestis
Moribus:& passim detrahit insimulans:
Ante diem Viro subeat telluris operta:
Vt qui Nauclerum sustulit ante diem·
Vtq; Machæropii natus cogatur obire:
Vt quem progenuit Drusus:in ima ruat·
Insimuletur uti sapiens uicinus hymeto:
Hauriat & Iuuenis:quod bibit ille senex·
Quodq; nepos acer quondam gustauit Amyntæ:
Quod Claudi natus fratre iubente tulit·
Vt qui priuandus solio/gazaq;/ueneno
Sponte sua interiit:interiisse uelit·
Vel patiatur idem:quod Magnus in aere Ciuis
Pythagoræ:cuius gemma redire quiit·
Hubere nutriti cynico mors detur eidem:
Vel quem nutriuit raua lycæna uiri·
Vtq; lacon proprio scripsir liquore trophæum:
Aut more Albini:scripserit ille suo·

Vulnere confectus pereat:ceu mœnia Romæ
Exuperans alto corpore conficitur.
Præcipitem dederit ſeſe de culmine turris:
Vt qui pierides impete fecit auis.
Occidat:ut periit coniunx:quam fama recenſet
Ficta/pudicitiam contemeraſſe phryge.
Truncetur ueluti natus:quæ penſa reuoluit/
Poſt ubi percæpit uulnera dira ſui.
Nec minus ille miſer doleat:q̄ lemnius hoſpes:
Cuius ope indiguit græcia bella gerens.
Ante patrem cecidit fugiens hoſtilia natus:
Ante ſuos eadem fata ſubire queat.
Hephæſto(ſicut Nuptæ pater)ardeat idem:
Aut ueluti quorum patria poma nihil.
Igneue cæleſti(deuotus ut ille)crem etur:
Cum quinquaginta quem periiſſe ferunt.
Occidat igne iouis:Cupiens ut Apollinis eſſe
Et dici natus/matre fauente pia.
Duxere in ſegetem Vulpes incendia caudis:
Arſerunt igitur nata/parensq; ſimul.
Ardeat hic itidem:q̄uis incendia nulla
Miſcuerit:ueluti nata/parensq; nihil.
Siq; fame genitrix confecta:hūc torreat:uſſit
Atq; edit mater cum muliere ſuum.
Nanq; fames aderat:matri fert altera:natum
Des hodie menſæ:Craſ erit æſca meus.
Vſſerat illa ſuum:Mulier poſt luce ſequenti
Cylauit genitum:ne foret æſca miſer.

I gneq;/uel ferro careat/(uelut illa iuuentus
Gymnasii)uita:qui pietate caret.
Vel dum carpit iter domini mora fito salutis
Alterius:ueluti pauper in igne senex.
Si Cognatorum uita quis migret in ima:
Vratur pariter Viuus ut inda Gyne.
In Cruce figatur primæuo tempore messis:
Cognati id septem rege uolente ferunt.
Vel cædatur:uti uir Celsus:cui duodeni
Bis digiti fuerant:histor ut ille tulit.
Quod te mardoni perimens expertus in igne:
Vel quod Romulides:experiatur idem.
Hospitis ut fauni cruor est effusus:eodem
Exemplo lali defluat ipse Cruor.
Vtq; super murum datus hostia regius infans:
Idq; patris iussu:detur & ille neci.
Vt caput/atq; manus Dagon amisit:eidem
Hæc quoq; truncentur Crimine q̃ minimo.
In medio portæ deceptus fraude loquentis
Inguine cædatur:Barbarus ista tulit
Strenuus ut cecidit pugnãs prope mœnia iussu
Regis:adulterium ne patuisset ei.
Vt Saliæ pater est amni submersus amatæ:
Aut ut Marpissæ:mergier ille queat.
Vulneret hic aliquem:uerum lanietur ab illo:
Quod Tyrio cannis hoste iacente uenit.
Insidiis Menelae tui cecidere Nepotees:
Insideat Lalo mater acerba suo.

Luceq́ʒ priuetur speciem quandoq́ʒ tuendo/
Maiorem nostro corpore: Dux itidem.
Vt duo cælestes orbarunt lumine: qui ui
Ostia concuterent: orbus & ille siet.
Vtue Neoptolemi genero deiecta sagitta
Officit: idq́ʒ semel: bis noceatur ei.
Fulmine seu diro (ueluti cui iũcta Cytheres)
Affletur: uerum bis patiatur idem.
Vel potius Remuli sortem: remuloq́ʒ ꝓpinqui
Excipiat: cuius nomina collis habet.
Impia nata uiro patrii sit causa Cruoris:
Vt quæ iumentum pressit in ora sui.
Qualiter occiderat: cui cæso rege coronam
Imposuit Coniunx: perfidus occiderit.
Tellurem subeat uiuens: ut contigit illi:
Cui telum recidens æthere/laurus erat.
Pugnanti lapidis Cruor ictu uertice manet:
Ceu tibi: cui fugiens obtulit eius opem.
Truncetur caput ex humeris: uelut obtigit Aphro.
Quem Martem libyes ille poeta uocat.
Eripiatur ei telum: fodiatur eodem:
Natus in ægypto sic Acheronta petit.
Abscisum caput e/muris iactetur in hostes:
Euenere Sibæ talia fata prius.
Rex quidam fugiens hostes/ictusq́ʒ sagitta
Incubuit gladio ne caperetur eis.
Armiger eiusdẽ taliquoq́ʒ cæde peremptus:
Sponte sua incumbat lalus & ipse neci.

Regius ut puer est quercu suspensus in acri
Mulo bella gerens cum genitoris ope.
Oscula dans aliis gladio fodiatur eorum
Fortuitu: ut fratri qui daret illa suo.
Ingrediatur equum tibi sæue patercule quondam
Expertum: nocuit dona tulisse fero.
Mactetur ueluti Nata est mactata duorum
Regum: ne uictrix gens inimica foret.
Vtq; Mydæ natus sese deiecit in imum
Telluris: siue ut fecerat alter eques.
Lumine priuetur uelut ilus: siue Metellus.
Quod tamen hi reparant/non queat ille miser.
Contigit ut lingua sapienti amittere nares
Atq; manus: illi non secus eueniat.
Vulnera quot passæ legiones quattuor: inde
In tyberim iactæ: perfidus ille ferat.
Captiui sortẽ iurati uelle redire:
Et quorum pilis corpora iacta duci.
Vt fixi crucibus Gauro suadente necetur:
Seu uelut oppræssi nauibus ille crepet.
Lignea turris erat: cecidit tutator in hostes:
Atq; hærens troiæ mœnibus eripitur.
Accidat hoc illi patriam si forte tuetur:
Vel fugiens hostem mœnia clausa petet.
Vt fratres ausi portam recludere troiæ
Limine cæduntur: cædier ille queat.
Erret inops ueluti quondam textrice pudica
Quem pugni Coniunx pondere pressit humi.

6

Decidat e summis gradibus: ceu concidit alter:
Rupe ue deiiciant/sicut in urbe sui.
Per medium resecent inimici/more ferocis
Reginæ: Vt patruus uel iaculetur ochi.
Consulis ut fratrem confecit Auunculus: idem
Cognati gladio saucius ima petat.
Siquid aget: fraudetur uti qui thybridis undas
Ante bouis cædem fertur inisse pie.
In rem præsentem quoties uenit arbiter: illi
Succedat: ueluti parthenopæe tibi.
Amissis opibus patria pellatur: ut ille
Cui uix doctrina contigit esse satis.
Ictibus innumeris uirgarum cæsus in urbem
Ducatur pueris: perfidus alter idem.
Carnificisq; manu laceretur: more Senatus
Patroni: in uinclis quem periisse ferunt.
Naufragus euadens in littore quo Nauclerus
Occidat: & uelet nulla cadauer humus.
Sed Boreæ ludus fiat/simul Ennosigæi:
Aesca lupis tandem/Vulturibusq; fiet.
Vtq; fame Brutus uitam finiuit in æde
Palladis: haud aliter finiat ille suam.
Syluani genitor natæ deceptus amore
Se tulit in præceps: sic quoq; lalus aget.
Ab duce Thebanus genitore occiditur audax:
Sic & Romulides: Sic cadat ille precor.
Ipse sibi uulnus tulerit/charisq; propinquis:
Vt coram flacco percitus ille tulit.

Si fuerit conuiua/mori contingat:ut illis
Quos habitu iuuenes decipiente necant.
Ancæo uirtus nocuit temeraria contra
Fulmen apri:hac eadem salus obire uelit.
Nec uenatus ei fuerit iucundior illo:
In quo fortuitu Regius occiditur.
Aesca suis detur ueluti quem regia mensa
Apposuit patri:quo duce captus Auus.
Siue duci ualeat præstare obsonia cuiq̄
Atq; Epirensis:regia quo cecidit.
Aut cognatorum manibus lanietur:ut ille
Cuius cæde parens ales uterq; fuit.
Vel sicut Dircæus Aper:natiue repulsæ:
Qua pater orbatur pignore cæde noua.
Ingenio periit germanæ filius arce
Deiectus summa:nō secus ille ruat.
Filia/siue soror/uel coniunx/guttura soluat:
Quo redeat magicis iunior auxiliis.
Si frater:cædatur eo non cognitus illi:
Vt tibi contigerat cædier ante Pedes.
Vt fratrem Macedo patri insimulauit:& ultra
Liuore occidit:p̄ styga cæsus eat.
Barbarus utq; nothus regno priuauit/& aura
Fratres:priuetur quolibet ille suis.
Inuidia pereat frater ceu quartus in orbe:
Siue Secundus uti cæsus in urbe fuit.
Proditus a seruo fuerit:ceu Ruffus in agro:
Aut quem Sextili prodidit impietas.

Si quenq̄ tutatus erit: truncetur eodem:
Vt Carbo: ut patriæ primus in urbe pater.
Attentus Sophiæ sica lanietur: ut ille:
Quo cæso indoluit Dux pius illachrymans.
Maximus Annibali: Xerxi leonida coronam
Abstulit: hinc obiit quilibet ante ducem.
Vt quæ de muro: uel quæ de turre libenter
Iacta/fuit uenti flamine fulta cadens:
Haud aliter muro/uel turri decidat ille/
Vltro: nec ullius iuuerit aura libys.
Patruus interimat uenando: ut contigit olim
Iam pubescenti: grandior ipse licet:
In patriam cædem fratres hortetur: ut ille
Cui diadema pater contulit ante diem.
Nec succedat ei: uerum deprensus & ipse
Det scelerum pœnas: qualiter ille dedit.
Aemulus/a fratre stygiis sit deditus undis:
Vt quem priuignus dat Cleopatra tuus.
Quod duo Semineces antro patiuntur operto:
Semiferiue necem: perferat hic Blatero.
Vel patre cædatur coram genitrice furenti:
Regius hoc infans more subiuit humum.
Aut phrygii sortem pendentis in aere Nona
Contulerit uicto: si datur ullus Agon.
Militis aut uirga lumen terebrantis acuta
Romulidæ fatum/Sidera præbuerint.
Seu more audacis Galli fodiatur in aluo:
Quem patre neglectus conficit artis ope.

Vescendi rabie passim teneatur: ut olim
In sese dentes qui male uertit inops.
Proditor ut patriæ fugiens in palladis ædem:
Ille fame stygios possit adire lacus.
Aesca ue (ceu pugili casus dedit) esto ferarum:
Siue Scamandrinæ sit necis ille comes.
Vulnere Callimachi stygiam conspexerit alnum:
Qui stetit exanimi corpore: nec cecidit.
Vxoris gladio pereat ceu fabritianus:
Aut ut Cassandræ Magnus adulter obit
Truncetur manibus nautarum fata duorum
Experiens: quis est bina retenta ratis.
Vt Magus in tenebris gladio confossus iniuit
Tartara: cæde pari per phlegethonta meet.
Claudus eat: ueluti mendicans in speciosa
Delubri porta: nec tamen incolumis.
Causa puella necis fuerit (ceu Dina) mariti:
Ob stuprum cuius Vir cadit/atq; Socer.
Somnia pistoris Lalo contingere possint:
Exitiumq; Crucis: pistor ut ipse tulit.
Efficiens contra monitus/statuatur ut illa/
Respiciens patriam post ubi cœpta fuga.
Viribus externis Aegyptius occidit: inde
In sabulo tegitur sic quoq; cedat ei.
Vt periisse ferunt iuuenem: qui forte lupanar
Introiit coram fratribus: Hic pereat.
In Cruce Rex obiit: texere cadauer in urbis
Ingressu lapides: sic obiisse iuuet.

Vt quini Reges antrum petiere: deinceps
In cruce ſublati: pendeat ille cruce.
Laomedontiadæ fatum explorantis habeto:
Vel cuius prolem dilaniauit ophis.
Aut eius: minime fuerat quo iuſtior alter
In teucris: uel quem ſiuit Apollo mori.
Seu pueri lethum ſubeat uix lora tenentis:
Aut eius cædem: quo latrat orba parens.
Dilanietur equis Pyrrhechmæ fata ſecutus:
Albani regis uel patiatur equos.
Vt noua nupta perit canibus laniata mariti
In ſyluis latitans: hunc periiſſe ferant.
Ante ſuos iuguletur uti iam uictus ab illo/
Dixerunt cladem cui monumenta Capis.
Inde cadauer agat demerſum thybris in æquor:
Acciderat prius hoc Mater in urbe tuis.
Summa pedum/manuumq; ſimul cædantur eidem:
Vt regi: per quem talia cæſa prius.
Rex Eglon cecidit portantis munera clade:
Qui Lalo tuleris munera/ferto necem.
Vt dux militiæ pereat: quem Clauus ad orcum
Adfixus cerebro compulit ire ferum.
Oſtia qui turris comburere forte parabat:
In caput excæpit pondus ab arce ruens.
Iecerat id mulier: puduit necis: Armiger inde
Confecit gladio: talia ſorte ferat.
Quod latet uxori pandens ſit lumine captus:
Vt quem depreſſit ui domus alta ruens.

Dilanietur uti mulier:quæ nocte silenti
Passa uiros obiit:mox laniata uiro.
Siquid amat/succedat ei:quod fertur amanti:
Quo rubuit quondam qui color albus erat:
Vel quod Abydeno si nauiget:Aut patruorum
Cæde usto:Aut regi:quo cecidere phryges.
Seu more illius sacram cædatur ad aram:
Qui pactam rapuit te Menelae sibi.
Illius excipiat Rutuli per deuia fatum:
Quo puer extinctus tam speciosus erat.
Valle Terebinthi funda percussus obiuit
Spurius inciso uertice:Sic obeat.
Vtq; Sacerdotem sella cecidisse retrorsum
Ceruice effracta dicitur:ille cadat.
¶Omnibus Adrasti uotis det pondera Numen:
Et Diræ frustra nil tibi Lale canant.
Maneq; dicentur cuicunq;/& uespere:donec
Experiare miser quæ mala cunq; ferunt.
Ante tamen longo crucieris tempore:sicut
In corio recubans/Ambrosiaq; carens.
Hæc toleres/&plura uelim:dum uesceris aura:
E/uita migrans tartara sæua colas.
Illic quæ uultur/rota/uas/lapis/unda recedens
Supplicia impendunt Sontibus:ipse feras.
Imprecor ista tibi:quod perfidus/atq; malignus:
Et Diras nosti te meruisse ferum.

Emendanda in Diris

Cylauit genitum:Immo Cælauit.

Gemellorum Portentum. .M.D III.

APrilis decimo ſexto uenere Calendas
In lucem Gemini: Mater ibera dedit.
Corporis e/medio præcincti pectora: luce
Contigit id ueneris: partus in urbe fuit.
Alterius dextra pollex in cuſpide fiſſus
In binos digitos: Alter in ore niger.
Pontificum Gemini lethum cecinere duorum:
Sextus ab ore niger: Tertius albus erat:
Luce quidem ueneris partu reſoluta puella eſt:
Hac eadem Sexti Spiritus ima petit.
Poſt decimam luce octaua Sextilis obiuit
Sextus: n octobri Tertius hac eadem.
I/nunc fortuitu potius q̃ numine diuum
Omen/& oſtentum/prodigium ue putes.

De Robore: & Glandibus: Iulii Secūdi: qua lu/ce electus pont. Editum Carmen. M.D III.

Aurea Saturni redierunt Sæcula: Robor
Auratum latio Sæcula priſca dabit.
Veſta/fides/pudor/& uirtus & copia rerum/
Pax aderit: fugient Mars/Venus/impietas.
Portendunt glandes hæc omnia: Viuite læti
Pauper/inops/locuples: Omnia læta fluent.
Quiſq; igitur uotis pro robore Numen olympi
Exorent: uiridi Robore nulla lues.

CIV

Iulii Secundi/Pontificatus Commoda.

Iulius pacem dabit:et quietem:
Copiam rerum:Cereris:Lyæi.
Aequitas nulli poterit deesse:
Viuat iccirco Pylii Senectam.

Ad Stephanum Ginuciũ genere/Virtute/
opibus/Liberalitate in primis Censendũ/
De Sena Illustri Hetruriæ Vrbe.

Sena quidem uetus est:Romana colonia:pandit
Plynius:& ueterum Porcius ille decus.
Flauius ab uero procul est:cui mœnia Senæ
Duxit Ioannes Clauiger Vranios.
Nanq; Diœcesi plæbatus iunxerat eius
Ter binos:non q̃ struxerit ille locum.
Est urbs illustris Sophia:procerumq; cohorte:
Pontificesq; ortus hinc habuere Pii.
Ortus Alexander/qui Tertius:& Catharinæ
Ac Bernardini Numina Sena tulit.

Ant.Mancilli Vita.M.DIIII.

Lustra decem lachesis mihi/uel tres contulit annos
Conferet ulterius:Calliopea notet.

¶Impressum Romæ in Campo Floræ per Egregiũ
Virum magistrum Eucharium Silber Alias Franck
M.DIIII.Die uero.xviii.Decembris.

